13a 7-30

Nº 22-205

[illegible] Universitaria
GRANADA
A
[illegible] 24
236

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

al Colegio de la Comp.ª de Jesus de Granada

# F. MICHAELIS AGIA, VALENTINI, ORDINIS Sancti Frãciſci, publici ſacrę Theologiæ profeſſoris

R-1475

## DE EXHIBENDIS AVXILIIS, ſiue de inuocatione vtriuſq; brachij,

TRACTATVS.

*AD LICENTIATVM PAVLVM de Laguna Supremi Indiarum Senatus Præſidem ampliſsimum.*

Anno 1600.

CVM PRIVILEGIO.

*Madriti*, Apud Ludouicum Sanchez.

*Vendeſe en caſa de Franciſco Lopez, librero en Corte.*

# TASSA.

YO Franciſco Martinez eſcriuano de camara del Rey nueſtro ſeñor, vno de los que en ſu Conſejo reſiden, doy fe, que por los ſeñores del fue viſto vn libro intitulado De exhibendis auxilijs, ſiue de inuocatione vtriuſque brachij, compueſto por el padre fray Miguel Agia de la orden de ſan Franciſco, y lector de Teologia en ella, taſſaron cada pliego del dicho libro a tres marauedis, el qual tiene al preſente veyntidos pliegos, que al dicho precio monta ſeſenta y ſeis marauedis en papel: y anſi miſmo ſe ha de poner principio, aprouacion, tablas, y priuilegio, que los pliegos que tuuiere, ſe han de contar al dicho reſpeto, y anſi mandaron ſe vendieſſe, y no en mas, y que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada volumen, para que ſe ſepa lo que por el ſe ha de lleuar, y que no ſe pueda vender, ni venda de otra manera. Y para que dello conſte, de mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, y pedimiento del dicho fray Miguel Agia, di eſta fe, que es fecha en la villa de Madrid, a ſiete dias del mes de Agoſto, de mil y ſeiſcientos años.

Franciſco Martinez.

# ERRATA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag.34.lin. | 14. | Laurentij, | *Nicolai.* |
| 49. | 11. | agitur, | *agatur.* |
| 107. | 9. | Conſtantinus, | *Conſtantius.* |
| 127. | antep. | Salmiticenſes, | *Salmanticenſes.* |
| 138. | 14. | mulctatus? | *mulctatus.* |
| 141. | 15. | ex eſt, | *eſt ex.* |
| 165. | 10. | puniri. | *punire.* |

*Iuan Vazquez del Marmol.*

# Licentia Superiorum.

*EGo frater Franciſcus Salzedo, ſacri ordinis Minorum regularis obſeruantiæ Seraphici Patris noſtri Franciſci Prouintialis Miniſter, in Prouintijs nominis Ieſu de Guatemala, & cuſtodia ſanctæ Catherinæ de Honduras, pro data mihi ad hoc poteſtate à noſtro Capitulo generali Toleti celebrato poteſtatem facio, vt typis excuſſa in lucem edatur quæſtio elegantiſſima de exhibēdis auxilijs, ſiue de inuocatione vtriusq́; brachij, quam ſcripſit P. F. Michael Agia, noſtri inſtituti huius Prouintiæ alumnus & publicus ſacræ Theologiæ profeſſor, quam diligenter legerunt, examinarunt & approbarunt docti grauesq́; viri, tum Theologi, tum iuris periti, quibus res hæc à me cōmiſſa eſt: quare typis mandari poterit. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas dedimus in noſtro Cœnobio D. Franciſci P. N. Kalendas Aprilis, Anni 1599.*

Fr. Franciſcus Salzedo
Miniſter Prouintialis.

APRO-

# APROVACION.

YO He viſto por comiſſion del ſupremo Conſejo eſte libro, intitulado *De exhibendis auxilijs, ſiue de inuocatione vtriuſque brachij*, y me parece que es muy curioſo, y que eſtà eſcrito con mucho cuydado y diligencia, y que el autor del es muy docto, y la materia es ordinaria, y es bien que eſtè recogida en tratado de por ſi, que con facilidad le puedan tener todos, y aſsi me parece que ſe le puede hazer merced de darle el priuilegio q̃ pide. En Madrid. 29. de Mayo de 1600.

*El Lic. Alonſo de Areualo Sedeño.*

EL

# EL REY.

POrquanto por parte de vos fray Miguel Agia, de la ordẽ de ſan Franciſco, nos fue fecha relacion q̃ auiades cõpueſto vn libro, intitulado, *De exhibendis auxilijs, ſiue de inuocatione vtriuſque brachij*, del qual haziades preſentacion, y nos ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia y facultad para lo poder imprimir, y priuilegio por veinte años, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizo la diligencia que la prematica por nos ſobre ello fecha diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mandar dar eſta cedula en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad, para que por tiempo de ſeis años cumplidos, primeros ſiguientes, que corran y ſe quenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante, vos, o la perſona que para ello vueſtro poder ouiere, y no otra alguna, podais imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion. Y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos, que vos nombraredes, paraque durante el dicho tiempo le pueda imprimir por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado, y firmado al fin de Franciſco Martinez nueſtro eſcriuano de Camara, y vno de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, con que antes que ſe venda, lo traigais ante ellos, juntamente con el dicho original, paraque ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y traigais fe en publica forma, como por corretor por nos nombrado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original. Y mandamos al impreſſor que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego del, ni entregue mas que vn ſolo libro con el original, al autor, o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, para efeto de la dicha correcion y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual inmediatamente ſe ponga eſta nueſtra cedula y priuilegio, y la aprobacion, taſſa y erratas: y no los podais vender, ni vendais, vos, ni otra perſona alguna, haſta que eſtè el dicho libro en la forma ſuſodicha, ſo pena de caer

e in-

# Priuilegio.

e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes deſtos reynos que ſobre ello diſponen. Y mandamos, q̃ durante el dicho tiempo, perſona alguna ſin vueſtra licencia no lo pueda imprimir ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere, o vendiere, aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, de la qual dicha pena ſea la tercia parte para nueſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos alos del nueſtro Conſejo, Preſidente y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y Corte, Chancillerias, y a otras qualeſquier juſticias de todas las ciudades, villas, y lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios, y a cada vno en ſu juridicion, anſi a los que agora ſon, como los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi os hazemos, y contra ella no os vayan, ni paſſen, ni conſientan yr, ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para nueſtra camara. Dada en Valladolid, a veinticinco dias del mes de Iulio, de mil y ſeiſcientos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

*Don Luis de Salazar.*

# AMPLISSIMO DOMINO PAVLO DE LAguna, Conſiliario Regio, Curiæ Regalis ſupremæ Indiarum ſummo Pręſidi, viro imprimis ſapientiſſimo, ac omni virtutum laude integerrimo, frater Michael Agia, Minorum minimus.

S. P. D.

*QVoniam receptiſſimi iã moris eſt, Præſes ampliſſime, nouas editiones, præſertim illuſtres, ſimiliter illuſtribus viris dedicari, tu potiſſimùm mihi occurriſti, ſub cuius auſpicijs tutelàque, præclara hæc de exhibendis auxilijs commentaria impartirer, cũ enim mecum reputo (reputo autem quàm ſæpiſſime) quanta fuerit & genij, & ingenij tui felicitas, in laudatiſſimæ vitæ tuæ, negotiorũque electionibus, qui candor, quæ iudicij dexteri-*

tas,qui iuſtitiæ amor,cùm Auguſtiſsimi Hi-
ſpaniarum Reges Catholici,Philippus II. &
III. curiæ regali Indiarum ampliſsimæ præ-
ponerent,& in hanc celſam honoris ſedē ex-
tollerent,tùm certè quonam modo tantam re
rum molem in hac temporum perturbatione
ferre ac ſuſtinere poſſes,ſanè quam pro eo ac
debui ſolicitus eſſe cœpi. Verū cum actionis,
adminiſtrationisq; tuæ progreſſum,& quam
vitæ rationem complexus es,conſidero, gau-
dio planè maximo ita perfundor,ac exulto,
vt etiā planè videam, te fortunæ locum illū,
ſingulari omnium beneuolentia , & ſumma
virtutis exiſtimatione non ſolùm tueri po-
tuiſſe,ſed etiam eam virtutis opinionem de
te concitauiſſe,vt vel maximis curijs guber
nādis te dignū præbueris . Nam qui fructus
à bono, veroq́ Præſide ſoleat expectari vel
maximus,huiuſce iam non adumbratā ima
ginem,ſed luculentam,expreſſamque formā
nobis exhibuiſti: atque vt inſigne commodū,
Indis atque Hiſpanis in remotiſsimas noui
ac potentiſsimi terrarum orbis regiones de-
gētibus adferre poſſes , imprimis operam de-

diſti,



diſti,vt tanquam agrum melioribus feren-
dis ſegetibus deſtinatum,lolio,zizaniæ labe,
vitijsq́ contagioſis perpurgares,dum corru-
ptores coërces,externas diuini nominis con-
tumelias,blaſphemias,iniurias , violentias,
furta,homicidia,periuria, & id genus extre
ma ſcelera,pro virili, iureque tuo prohibes,
emēdas,tollis,ac punis: nihilque magis è tua
dignitate,nec rem Deo gratiorem,nec Indis
ſalubriorem exiſtimaſti, quàm ſi ad huiuſce
modi honeſtatis ac pietatis ſcopum & metā
in curriculo tuo gnauiter,& ſtrenuè conten-
das: pro quo etiam labore & indefeſſo ſtudio
certò nouiſti , tibi diuinitus immortale præ-
mium eſſe propoſitum,cum tam glorioſi cona
tus & curſus Dux & magiſter Chriſtus pro-
lixè polliceatur,illis rerum omnium feliciſsi-
mos ſucceſſus , qui religionem puriorem ar-
denter amant,& amare ſedulò contendunt.
Vt igitur huiuſce perceptæ meæ lætitiæ ali-
quam ſignificationem darem,commentarios
de exhibendis auxilijs , ſiue de inuocatione
vtriusq́ brachij in vnum veluti corpuſculū
conſtrictos in lucem editos in tuo nomine ap

 parere

*parere volui. Tu autem hæreditariā illam à maioribus tuis acceptam probitatem, & à te ſtudioſiſſime cultam, quā Philippinæ prædicant, admirata eſt noua Hiſpania, America nouit vniuerſa, & vbi vbi literarum ſtudia floret, omnes geſtiūt celebrare: ſed de re omnibus manifeſta, ne actum agam, ne ve modeſtiam offendam tuam, qui mauis probus eſſe, quàm videri, longior non ero. De te verò quid ſentiam, quid reliqui ſummis laudibus efferant, non tibi, ſed ſeculis ſpero me aliquando in propatulo poſiturum. Obſecro vero te, pro ſummo meo erga te cultu, & incomparabili obſeruantia, vt meam hanc qualemcumq; grati animi declarationem eo vultu ſuſcipias, quo tibi à me exhibetur. Vale.*



# AD LECTOREM.

QVÆ Me vna ratio, Lector eruditiſsime, ne inter homines homini minimè natus, inter agri Eccleſię plantas aridus ipſe truncus viderer, ad honeſtum ſcribendi otium, edendorumq; voluminum conſilium vocauit, eadem ſcilicèt quæcunq; in ſanctorum Cōciliorum Decretis, Patrum teſtimonijs, Imperatorum legibus, de optima exhibēdorum auxiliorum ratione, ſiue legitima vtriuſque brachij inuocatione diſperſa comperiſſem, in vnum vt cogerem facilè perſuaſit. Ponebat enim mihi ante oculos primùm quid quemq; hominum hominis cauſa facere oporteret, animo luſtrare multa, oratione complura explicare, re ipſa prȩſtare plurima, nullis neq; curis, neque laboribus, neque periculis parcere, inuiolatū vt ſocietatis humanæ vinculum ab hominibus inter homines retineatur. Vnde ego omnium Theologorū minimus balbutiendo magis, quàm expli

cando, aliqua de hac re in mediũ afferã: vt ſi nõ omnia, quæ huc ſpectãt, attigero, ſatis mihi ſit, ſi in tanta re penicillo ea ali quãtulũ adũbrauero, cultioribus ingenijs huius rei explicationẽ exactã relinquens: quod mihi attigiſſe poſſe eſt viſũ, ſi ordine quodam de hac re pertractauero. Primo nempe loco agendo de Epiſcoporum poteſtate, & iuriſdictione in laicos ſuper cauſis mixti fori. Secundo de origine ciuilis, ſiue politici magiſtratus. Deque eius poteſtate in cauſsis etiam mixtis. Tertio, propoſitis ſeptẽ concluſionibus, quęſtioni ſatisfaciẽdo. Quarto, enumerãdo caſus, in quibꝰ ſecularis magiſtratus nõ tenetur ſuũ impartire auxilium iudici eccleſiaſtico. Quinto, deniq; loco diligenter diſcutiam, an ciuilis magiſtratus compelli poſsit eccleſiaſticis cẽſuris ad exhibẽdũ auxiliũ. Precorq; Deũ optimũ maximum, bonorũ omnium autorem, vt id in eius laudẽ, & gloriam, & totius Eccleſiæ vtilitatem iugiter redundet. Vale, eruditiſsime Lector.

LVDO-

# LVDOVICI SANCHEZ Typographi in laudem Autoris & operis

## *DISTICHA.*

*IMmenſi veluti moderator & arbiter orbis*
*Illi præfecit lumina bina Deus:*
*Lampada Phœbæam, per quam videt omnia Mũdus,*
*Quæ raptu aſsiduo fertq́, refertq́ dies:*
*Noctiuagam Phœben, cinctam fulgentibus aſtris,*
*Quæ tenebras noctis plena nitore fugat:*
*Non ſecus humanis leges dare gentibus orſus,*
*Præpoſuit Reges, Pontificesq́ ſacros.*
*Imperium & ſummum dat ius in corpora Regi:*
*Offenſura animas dat quoque iura Petro.*
*Si cupit in ſontes vindex inſurgere Petrus,*
*Qui ſpreuere ſuæ fulmina ſæua manus:*
*Cæſare vibrabit gladium, faſceſq́ miniſtro,*
*Queis coget ſacro ſubdere colla iugo:*
*Illeq́ poſcenti auxiliaria porriget arma,*
*Diſcuſſam cauſam, iudiciumque ſequens.*
*Cæſareæ leges, & Pontificalia iura,*
*Sic ſe concordi fœdere vtrinque iuuant.*
*Quo tamen iſta modo, quo caſu & tempore debent*
*Præſtari, Michael noſter Agia docet.*
*Cuius ad extremos nomen Garamantas & Indos*
*Currit ab Eois non ſine laude plagis.*

*Cuius*

Cuius virtutes mirata Valentia, mores,
Doctrinam, ingenij munera, ſcripta, ſales;
Et quæ digna Deo reſpondet Apolline, lumen
Eſſe Valentini iactat vbique ſoli.
Denique Franciſci veſtigia ſancta ſequutus,
Cæleſtes voluit quærere nudus opes.
Nec quos ſuſtinuit pro relligione labores,
Fecerunt ſtudijs impedimenta ſuis:
Nam poſt Sermonis penetrata arcana ſuperni,
Prudentum exhauſit dogmata priſca virûm.
Obtinuit votum. Quid in his profecit Agia,
Præſens De auxilijs teſtificatur opus.

## EPIGRAMMA IN laudem operis à Doctore Vincentio Menor clerico presbytero.

*VT Cœlum terræ fauet, vt ſtat dextra ſiniſtræ,*
*Brachium & vt capiti ſtipulatur, vt infima ſummis:*
*Sic ciuile decus poſitiuo conſonat vltrò.*
*Id liber hic firmat, reprobat cõtraria ſenſim,*
*Barbara depellit quæ gentes iura requirũt.*
*Vt breuiter liquido id ſtatuit Michael Agia,*
*Angelici patris Franciſci ſubditus almus.*





# DE EXHIBENDIS AVXILIIS, SIVE DE inuocatione vtriuſq; brachij,

## QVÆSTIO ELEGANTISSIMA.

### *AVTORES DE PROPOSITA Quæſtione diſputantes.*

INNOCENTIVS, Abbas Panormitanꝰ, Abbas Siculus, Baldus, Antonius de Butrio, Ancharranus, Barbatia, Imola, Alciatꝰ, Philippus Francus, & alij in c. 1. de offic. ordinarij, Archidiaconus 23. q. 5. Can. Adminiſtratores, Alberic. de Roſat. in l. Epiſcopale. C. de Epiſcopali Audien. Guillielmus de Cugno, Bart. An-

gelus, Alex. Decius, Iaſon, Paulus de Caſtro, Lancelotus in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omnium iudicum. Baldus iterum in Authen. Clericus. C. de Epiſcopis & clericis. col. fin. & in l. 1. C. de his qui latr. occult. Bartolus in l. Diuus. ff. de cuſtod. reor. Speculat. in tit. de exequutio. ſent. §. 2. & in tit. de iudi. deleg. §. Sequitur. verſic. Sed nunquid ſeculare. Cardinal. Florent. in Clem. 1. §. 1. in 10. q. de ſequ. poſſ. Oldradus conſil. 89. incipient. Epiſcopus inuocat brachium ſeculare. Paris de Put. in ſuo tratact. Syndic. in verb Brachium. Iulius Clarus in praxi crimin. q. 96. nu. 7. Palac. Rub. in repetitione c. per veſtras. §. Sed pulchra eſt dubitatio. num. 22. Boſſius de foro compet. num. 87. Salycet. in l. ea quidem, in 6. col. verſi. Decimò quæro. C. de accuſatio. Albertinus de agnoſcendis aſſertionibus Cathol. & hæret. q. 25. num. 53. & ſequent. Felinus in c. at ſi Clerici. num. 4. de iudicijs. & in c. ad abolendam. de hęretic. num. 4. Redin de maieſtate



ieſtate Principis. part. 2. nu. 141. & ſequentib. Iacobus de Bellouiſo in §. ſi quis contra aliquem. in Authen. de ſanctiſs. Epiſcop. Lucas de Penna in l. 1. col. 4. verſi. ſecundò quæritur. C. de priuileg. ſcholari. lib. 12. Simancas de Catholicis inſtitutio. cap. 36. Mench. in 1. part. de teſtamen. §. 6. num. 16. verſic. illud. Didacus Perez in l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordinam. verſic. *Inuoque*. Rebuffus de literis requiſitorijs, num. 12. Couarru. practic. quæſt. cap. 10. Lanfrancus in Clem. diſpendioſam. col. 3. de iudic.

## Bartoli opinio in explicanda propoſita quæſtione.

BARTOLVS in l. Diuus, & in l. non dubiũ. ff. de cuſtod. reor. & in l. magiſtratib⁹. ff. de iuriſ. omniũ iudi. arbitratur, iudicem ſecularem, requiſitũ ab Epiſcopo, vel Inquiſitorib⁹, vt exequatur ſententiam condemnatoriam de hæreſi contra hæreticum, non teneri ipſam exe-

exequi, niſi priùs ei fiat fides de proceſſu formato per iudices eccleſiaſticos, vt ſibi conſtet, an iuſtè per eos fuerit proceſſum contra illum hæreticũ ad condemnationem, nec ne? quaſi dicat, non teneri magiſtratum ciuilem ſtare proceſſui Epiſcopi, ſeu Inquiſitoris; quando traditur ſibi hæreticus puniendus, & condemnandus morte, ex §. ſi verò crimen, in Authen. de ſanctiſs. Epiſcop. collat. 9.

Hæc tamẽ opinio, quam etiam amplexati ſunt Albericus, Bald. Fulgoſ. Paul. de Caſtro, & alij, locis ſupra citatis, teſtimonio Socini, Curtijq; Iunioris in d. l. magiſtratibus, communiter reijcitur à cõmuni Canoniſtarum ſchola per c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæreticis, lib. 6. Nec illa iura per quæ mouetur Bart. loquũtur in crimine hęreſis, quod eſt merè eccleſiaſticũ, ex d. §. prohibemus. ſed in alio crimine mixto, de quo poſſet cognoſcere, & iudicare non ſolùm iudex eccleſiaſticus, ſed etiam ſecularis. c. cum ſit generale,



nerale, de foro comp. Et licèt Andr. Barbat. in c. 1. de offic. ordinarij. pro virili conatus fuerit Bartolum à calumnia defendere: id tamen minimè eſt conſequutus: quare remittit ſe determinationi, & deciſioni ſacroſanctæ matris Eccleſiæ.

Eſt tamen hoc loco maximoperè obſeruandum, quòd licèt hæc Bart. opinio, quantum ad exemplum ab ipſo propoſitum de hæretico remiſſo à iudice eccleſiaſtico, vt condemnaretur morte per iudicem ciuilem, recepta non ſit, tanquam contraria, & è regione oppoſita cõſtitutioni Bonifacianæ in d. §. prohibem⁹. nihilominus eius doctrina atq; reſolutio ꝑ alijs criminibus mixti fori non modò falſa non eſt, ſed etiã veriſsima: adeò vt nulla alia verior, aut veritati magis conſona inueniatur. Eſt autem Bartoli reſolutio, vt ex eiuſdem dictis ſatis ſuperq; colligitur, hæc, quòd in criminibus mixti fori quotieſcumque remiſsio delinquentis facta iudici ſeculari fuerit ad diuerſam pœnam,

nam, vel nouam infligendam, hoc eſt, quotieſcumq; reus remittitur condemnandus, tunc temporis denuo cognoſcat ſecularis iudex de iuſtitia, & meritis proceſſus, cùm ipſe ſit, qui ſententiam ferre debet, atque ſuo iudicio ſit pœna infligenda. Et hæc eſt vera & germana interpretatio. §. ſi verò crimen. quem pro ſua opinione citauit Bart. vt infrà latiùs videbimus. Si verò reus remittitur condemnatus, hoc eſt, ſi remiſsio fieret non ad diuerſam pœnam, vel nouam infligendam, ſed ſolùm ad executionem ſententiæ, & pœnæ in ea appoſitę per Eccleſiaſticum, tãquam per iudicem competentẽ & legitimum, tunc ſecularis (inquit Bartolus) non denuò inquirat, ſed exequatur ſententiam eccleſiaſtici, tanquam latam à iudice competenti ad cognoſcendum & iudicandum: quod probat ex l. nõ dubium. ff. de cuſto. reorum. vbi pręcipitur iudici, cui facta fuit remiſsio, ne denuò cognoſcat de iuſtitia ſententiæ alterius iudicis: quia



quia vterq;, tam ſcilicet remittens, quàm ille cui fuit remiſſa executio, erãt iudices competentes ad cognoſcendum, iudicandum, & exequendum.

Ex hac Bartoli reſolutione optimè infertur ſecundũ ipſum, quòd quando reus remittitur condemnatus, non poteſt magiſtratus ciuilis petere vt ſibi fiat fides de proceſſu, ſiue de iuſtitia, & viribus ſententiæ. Quod licèt ipſe expreſsis verbis minimè dixerit, optimè tamen infertur ex eius dictis. Dicit enim, tunc temporis nõ poſſe ſecularem iudicem de nouo inquirere, ſed teneri exequi ſententiam eccleſiaſtici. Cùm ergo proceſſus ideò petatur à ſeculari, vt hac via inquirendo fiat ſibi fides de iuſtitia ſententiæ, quotieſcũque illi prohibetur inquirere de viribus & iuſtitia ſententię, prohibetur etiam petitio proceſſus.

(.?.)

Senten-

## Sententia Innocentij in dirimenda hac controuerſia.

INNOCENTIVS in c.1. de offi. ordinar. diſtinguit. *Aut* (inquit) *mandatum eccleſiaſtici eſt extraiudiciale, & iniuſtum, & tunc ſecularis id exequi non debet: ſi verò ſit iudiciale, præcedẽte ſententia, tunc exequatur ſecularis, nec inquirat an ſit iuſtum, vel iniuſtum: quoniam tenetur exequi, etiam ſi ſciat eſſe iniuſtum*, vt ipſemet Innoc. tradit in c. Paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg. quæ ſententia quomodò ſit intelligenda, videbitur infrà.

## Abbatis Panormitani iudiciũ circa propoſitam difficultatem.

ABBAS in d.c.1. de offic. ordinarij. num. 12. adhibita priùs diſtinctione, quæſtionem dirimit. *Crimina* (inquit) *alia ſunt merè eccleſiaſtica, alia mixta. Si eccleſiaſticus petit auxilium pro*



*pro executione ſententiæ criminis merè eccleſiaſtici, hæreſis videlicet, aut ſymoniæ, non ſit fides de proceſſu, cùm iudex ſecularis ſit merus executor, & parere debeat & exequi.* At in mixtis diſtinguit. *Aut* (inquit) *reus traditur iudici ſeculari, vt efficiatur de eius foro, vt quando traditur clericus degradatus, & tunc fieri debet fides de proceſſu: quia habet iudicare illum, tanquam ſibi ſubditum, & ſubiectum. Si verò reus non traditur, vt efficiatur de foro iudicis ſecularis, ſed ſolùm petitur auxiliũ, vt ſecularis iudex exequatur ſententiam iudicis eccleſiaſtici: tunc non tenetur eccleſiaſticus facere fidem de proceſſu*; pro quo allegat Innoc. Aliorum verò Doctorum, quos ſuprà retulimus, opiniones conſultò prætermittimus, quia fermè omnes reducuntur ad has tres, tanquam ad magis principales, & iuri conſonas.

(.?.)

## I. FVNDAMENTVM.

*Epiſcopos iure diuino inſtitutos, Apoſtolorumq́; ſucceſſores in ordinaria, non autem in delegata poteſtate, oſtenditur.*

EPISCOPOS iure diuino inſtitutos teſtatur Cyprianus libr. 3. epiſtol. 9. ad Rogatianum, vbi dicit, Epiſcopos à Chriſto fieri, à quo Apoſtoli creati ſunt. Idem dicit Bernardus libr. 3. de conſiderat. ſatisq́; colligitur ex illo loco Actuum. 20. *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Item ad Epheſ 4. *Ipſe dedit quoſdã Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores & Doctores*: vbi nomine Paſtorum & Doctorum intelliguntur Epiſcopi, vt eo loco exponit Diuus Hieronymus.

Præterea Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores



ceſſores eſſe, teſtatur idem Hieronym. in Pſal. 44. in illis verbis: *Pro patribus tuis nati ſunt*, &c. *Fuerunt* (inquit) *ò Eccleſia, Apoſtoli patres tui, quia ipſi te genuerunt: nunc autem, quia illi receſſerunt à mundo, habes pro his Epiſcopos filios.* Et D. Auguſtinus in expoſitione eiuſdem loci, *Patres* (inquit) *miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filijs nati ſunt, conſtituti ſunt Epiſcopi.* Damaſus in epiſtola. 3. de Chorepiſcopis: Anacletus epiſtol. 2. Hierony. iterum in epiſtol. ad Marcellam de erroribus Mõtani. Iſidorus lib. 2. de diuin. offic. Beda in cap. 10. Luc. Concilium Neocæſarienſe Can. 13. Concilium Florentinum in inſtructione Armen. & Concilium Tridenti. Seſſion. 23. cap. 4. Epiſcopos in locum Apoſtolorum ſucceſsiſſe docẽt. Idem habetur Can. in nouo. 21. diſtin. Can. Eccleſiæ. 35. diſt. Can. quorum vices. 68. diſt. & Can. videntes. 12. q. 1.

Obſeruandũm tamen eſt, Epiſcopos ſuccedere Apoſtolis, non propriè, ſiue in

poteſtate delegata, quia verè & propriè nullam habent partem Apoſtolicæ autoritatis, quæ perſonalis fuit, & inter omnes Apoſtolos æqualis, ipſorumq; morte extincta, tanquam dignitas & excellentia perſonalis: quare ſuccedere dicuntur duplici alia ratione. Primò ratione ordinis ſacri Epiſcopalis: ſecundò per quandam ſimilitudinem & proportionem, quia nimirùm ſicut Chriſto in terris viuente, primi ſub Chriſto erant Apoſtoli duodecim, deinde ſeptuagintaduo diſcipuli, ita nunc primi ſub Romano Pontifice ſunt Epiſcopi, poſt eos presbyteri. Quòd autem in poteſtate, & dignitate delegata Apoſtolatus Epiſcopi non ſuccedant Apoſtolis, probatur: quoniam Apoſtoli in toto terrarum orbe poterant prædicare, & fundare Eccleſias, vt patet Matth. vltimo. & Marc. vltim. Item Apoſtoli poterant ſcribere libros canonicos, facere miracula, quæ Epiſcopi non poſſunt: non igitur ſuccedunt in dignitate & poteſtate delegata Apoſto-



Apoſtolatus, ſed tantùm in ordinaria Epiſcopatus, ſiue ordinis ſacri Epiſcopalis. Ita docent communiter Doctores, Caietanus de poteſtate Papæ cap. 3. Soto de iuſtitia & iure, libr. 10. quæſt. 1. articul. 3. columna. 3. Caſtro aduerſus hæreſes, verbo, Epiſcopus, hæreſi. 1. Cano libro de locis Theologicis, lib. 6. cap. 8. Lælius Iordanus de maioribus Epiſcoporum cauſis, cap. 3. Simancas de Epiſcoporum dignitate, capit. 2. Paulus Fuſcus de viſitatione libr. 1. capit. 2. & 4. Marcus Antonius Cucchus maiorum inſtitutionum libr. 2. titul. 6. in principio.

## II. FVNDAMENTVM.

*Non poſſe vllo modo Eccleſiam eſſe ſine Epiſcopis.*

APertè probatur hoc fundamẽtum ex D. Paulo ad Epheſ. 4. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam*

*dam autem Prophetas, alios Paſtores & Doctores, ad conſummationē ſanctorum, in ædificationē corporis Chriſti:* docetq; Cyprianus in epiſtol. 9. lib. 4. vbi dicit, Eccleſiam eſſe plebem Epiſcopo adunatã, & Epiſcopum eſſe in Eccleſia, & Eccleſiam in Epiſcopo. Hieronym. lib. contra Luciferianos: *Eccleſia* (inquit) *non eſt, quæ non habet Sacerdotes.* Concilium Tridentinum Seſsio. 23. Can. 6. *Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, presbyteris & miniſtris, anathema ſit.* Eandem veritatē apertis verbis teſtãtur Dionyſius Areopagita, Pauli Apoſtoli diſcipulus, cap. 5. Eccleſiaſticę Hierarchię, Irenæus libr. 3. cap. 3. Tertullianus in lib. de Baptiſmo.

Confirmatur hæc ſententia, quoniam ſoli Epiſcopi ordinare poſſunt presbyteros, & eo modo generare patres Eccleſię, vt Epiphanius aduerſus Aërium ratiocinatur: presbyteri autem ordinare non poſſunt,



poſſunt, ſed ſolùm baptizare, & eo modo filios Eccleſiæ generare, vt docet Damaſus in epiſtol. 3. & Concilium Antiochenum cap. 10. & Ancyranum Can. 12. Epiphanius hæreſi. 75. Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, & OEcumenius in 3. & 4. cap. 1. ad Timot. Hieronym. epiſtol. 85. ad Euagrium, Gregorius III. in Epiſt. ad Bonifacium. Soli etiam Epiſcopi cõficiunt ſacrum Chriſma, Oleum cathecumenorum & infirmorum. cap. referente, de celebrat. Miſſar. Can. quamuis. diſtin. 68. & tradit Dionyſius cap. 4. & 5. Eccleſiaſt. Hierarch. Soli Epiſcopi Eccleſias, altaria, & virgines conſecrare, pollutas Eccleſias, & cæmeteria reconciliare poſſunt. c. nemo. de conſecrat. diſt. 1. cap. aqua. de conſecrat. Eccleſ. vel altar. Sacramentum Confirmationis tanquam ordinarij miniſtri conferre ex Concilio Triden. Seſsi. 7. Can. 3. Igitur non poteſt eſſe Eccleſia ſine Epiſcopis, qui hæc omnia præſtare valeant.

III. FVN-

## III. FVNDAMENTVM.

*De varijs Epiſcoporum nominibus & oficijs.*

DICVNTVR Speculatores, vel ſuperintendentes. Can. qui Epiſcopatum. 8. q. 1. Can. cleros. 21. diſt. eo quòd ſuperintendere debeant gregi ſibi cõmiſſo, iuxta illud Ezechiel. 33. *Speculatorem dedi te domui Iſrael*; quem locum de Epiſcopis exponunt Hieronym. & Gregor in Ezechielem. Dicuntur Magiſtri, & ideò iubentur audiri, Lucæ. 10. *Qui vos audit, me audit*: illiſq; commiſſa eſt animarum cura, quæ eſt ars artium. cap. penultimo, de ætate & qualitat. ordin. Dicuntur Duces, cap. poſt translationem. de renuntia. quare ſequendi ſunt, iuxta illud Pauli ad Hebræ. 13. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*. Dicuntur Oculi Dei: ideò à ſubditis non iudicandi. Canone oues. 6. quæſt. 1. & in Concilio Toletano VIII. cap. 4. & ab Ambroſio lib. de dignitate



tate Sacerdotal. capit. 6. Dicuntur oculi gregis, quare rectum iter ſubdito oſtendere tenentur, ne ambo in foueam cadant. cap. cum ſit. de ætate & qualitate. Can. quę ipſis. 88. diſtin. cap. originaliter. de conſecrat. diſt. 4. Dicuntur Paſtores, Actuum. 20. ad Epheſ. 4. cap. ne pro defectu. de election. vt oues ſibi comiſſas Sacramentis paſcant. cap. panis. de conſecr. diſtin. 2. doctrina etiam & exemplo. Ioan. vltimo. Can. Diuinis. 25. q. 1. cap. ſolitæ. de maioritat. & obedien. Can. multi. 2. q. 1. Can. quoniam. 16. q. 1. Can. ſi peccauerit. cap. ſignificaſti. de election. Dicuntur Doctores, Matth. vlti. *Docete omnes gẽtes*. & 1. ad Tim. 3. Dicuntur præcones, Eſaiæ 58. *Annuntia populo meo ſcelera eorum*. Canon. ſi rector. 44. diſt. Dicũtur œconomi & diſpenſatores bonorum eccleſiaſticorum, iuxta illud Lucę, *Fidelis ſeruus & prudens*: & docet Apoſtolica conſtitutio lib. 2. cap. 24. Dicuntur Spõſi Eccleſiarũ ſuarum, cap. 2. de translat. Epiſcop. Dicuntur

Medici, vnde cautè infundere debent vinum & oleum in vulneribus infirmorũ. Can. diſciplina. 45. diſtin. Can. omnis. §. Sacerdos. de pœnitent. & remiſ. Dicuntur Correctores, cap. tranſmiſſam. de electio. cap. qualiter. 2. de accuſat. vt ſic corrigant peccantes. Dicuntur Aduocati, vt orent pro populo ſibi commiſſo. Canon. quia Sacerdotes. 10. quæſt. 1. Canon. ipſe. 1. quæſt. 1. Canon. final. 36. diſtin. Dicuntur Agricolæ, vt euellant, ædificent, diſſipent, & plantent. cap. ſolitę. §. potuiſſes. de maioritat. Habent oficium nutricum, vt ſic lac paruulis præbeât. cap. Deus qui. §. Apoſtoli. de pœniten. diſt. 1. Ex officio illis incumbit diſcordantes concordare. 90. diſt. per totam. Dicuntur Angeli, Apocalyp. 2. & 1. Corint. 11. quia mittuntur vt nuntij prædicare verbum Dei. Dicuntur deniq; Cuſtodes ciuitatis, Columnæ Eccleſię, Legati Chriſti, Lapides Sãctuarij, vt dicit Gregor. in Paſtoral. 2. part. cap. 7. ad oſtendendam eorum diligẽtiam & fidem:



fidem: quare nihil laborioſius & periculoſius officio Epiſcopi, ſed nihil beatius apud Deum, ſi bene agatur. Can. ante omnia. 40. diſtin.

## IIII. FVNDAMENTVM.

*De duplici Epiſcoporum poteſtate, ordinis videlicet & iuriſdictionis.*

POTESTAS Epiſcoporum in genere duplex eſt, ordinis videlicet & iuriſdictionis. Poteſtas ordinis, ordinatur ad Sacramenta conficienda & miniſtrãda, & requirit characterem, de qua non eſt inſtitutum diſputare. Poteſtas verò iuriſdictionis (quæ requirit ſummi Põtificis voluntatẽ) ordinatur ad regendum populum Chriſtianum, & eſt duplex, interior & exterior. Poteſtas iuriſdictionis interior habet pro obiecto regere populũ Chriſtianũ in foro interiori animę. Can. in nouo. 21. diſt. & Can. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſs. Exterior verò

habet pro vltimo fine & obiecto, regere & gubernare populum Chriſtianũ in foro exteriori, legibus & ſtatutis ſalutaribus. Can. benè quidẽ. 12. q. 1. Ratione huius poteſtatis incumbit Epiſcopis autoritas excommunicandi, abſoluendi ab excõmunicatione, interdicendi, ſolennem pœnitentiam iniungendi, purgationem indicendi, ſuſpendendi, deponendi, caſus ſibi reſeruandi, indulgentias concedendi, diſpenſandi cum aliquibus in vtroq; foro, & in quibuſdam caſibus iuramenta à vaſſallis accipiendi, eos cõfirmandi, inſtituẽdi, deſtituendi, corrigendi, moresq; reformandi, viſitandi, & ea ratione procurationem accipiendi, de eccleſiaſticis & ſpiritualibus cauſis cognoſcendi, diœceſanã Synodum congregandi, & id genus alia, de quibus gloſſ. & Doctores in cap. transmiſſa. de electio. & latiùs fundamento ſequente.

Hæc iuriſdictionis poteſtas in genere eſt de iure diuino: nam Chriſtus ita ordinauit



nauit Eccleſiam, vt in ea ſint Paſtores & Doctores, ſic enim Apoſtolus loquitur ad Epheſ. 4. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Paſtores & Doctores.* Præterea niſi ita eſſet, poſſet vtiq; ſummus Põtifex mutare hũc ordinẽ, & inſtituere, ne vllus ſit in Eccleſia Epiſcopus: quod ſine dubio facere non poteſt.

## V. FVNDAMENTVM.

*Quæ ſint de lege iuriſdictionis Epiſcoporum.*

De lege iuriſdictionis Epiſcoporum ſunt, canonica obediẽtia, ſubiectio, deſtitutio, correctio, reformatio, cẽſurarum prolatio, iuriſdictio cauſarũ ad forum Epiſcopi ſpectantium, pœnitẽtiæ, collationes Sacramentorum, quę ab Epiſcopo ſunt ſuſcipienda. cap. conquerente. de offic. ordin. Synodi vocatio eſt etiã de lege iuriſdictionis Epiſcoporum in aliquibus caſibus, cum ex graui cauſa Abbates vocati, ad eum ire teneãtur. cap. ſuper his. de

de maiorit. & obed. cap. Epiſcopus. 17. diſtin. cap. final. diſt. 18. Et ſimiliter ſi monaſteria habēt populum Epiſcopo ſubiectū, ad Synodum æquè ac clerici ire tenētur, & in omnibus legi diœceſanę obedire, vt dicit gloſſ. in cap. 1. 10. q. 1. & cap. dilectus. de offic. ordin. & 16. q. 2. in principio. Ius etiam viſitandi eſt de lege iuriſdictionis, licèt procuratio ſit de lege diœceſana, vt dicit Innocentius in cap. venerabili. de cenſib. colum. 2. Hoſtien. de offi. ordinar. in ſumma. Vnde reſeruans ſibi iura iuriſdictionis, etiam diſpenſandi facultatē reſeruaſſe videtur: vt dicit Romanus conſil. 325. Similiter decimarum prædialium & perſonalium ſolutio Epiſcopo fienda, & quarta funeralium, ſunt de lege iuriſdictionis: vnde etiam monaſteria obligant, vt dicit Abbas in dicto cap. dilectus. niſi religioſi ſuis ſumptibus & laboribus ſua prædia colant. cap. nuper. cap. ſuggeſtum. cap. dilecti. de decim. Similiter nec monaſteria ſine licentia Epiſcopi fundari





ri poſſunt, nec aliò ſine eius facultate, etiam ex vtilitate, transferri: collapſa tamē reſtaurari poſſunt. cap. quidam. c. de monachis. de conſecratio. diſtin. 2. cap. ſi quis vult, vbi gloſſ. 16. q. fin.

Abbates tamen exempti non ſubiacent imperio Epiſcopi, etiam in his quæ ſunt iuriſdictionis, vt notatur in cap. viſis. 16. quæſt. 2. ex Concilio etiam Tridentino, Seſsion. 25. cap. 11. niſi deliquerint extra monaſterium, cap. 3. Seſsion. 6. de reformatione, in eodem Concilio, & generaliter de lege iuriſdictionis Epiſcoporū ſunt omnia quæ Epiſcopus monaſterijs cuſtodienda mandare valet, quæ multa ſunt: ex quibus plura in Concilio Tridentino ſtatuuntur, vt ſcilicet cenſuræ & interdicta ab Epiſcopis prolata, etiam in Eccleſijs regularium publicentur: & ab ijs ſeruentur, & etiam dies feſti, quos Epiſcopus ſeruandos mandat: & vt etiam exempti ad publicas proceſsiones accedere cogantur, Seſsione. 25. cap. 12. & 13.

de regular. & vt clericus regularis & clauſtralis, licèt aliter Epiſcopo nõ ſubiectus, notoriè & cum ſcãdalo extra clauſtra delinquens à ſuo ſuperiore intra tempus ab Epiſcopo ſibi præfixum non punitus, ab eo puniri poſsit. cap. 14. ead. Seſsio. 25. & colligitur etiam ex cap. quanto. cũ ibi notatis. de offic. ordin. cap. 1. de ſtatu Monachor. Sic etiam caſus quibus ex eodem Concilio Epiſcopus habet poteſtatem in monachos, vti delegatus Sedis Apoſtolicæ, iuriſdictionis ſunt, velut vt Abbatibus negligentibus cogere poſsit monaſteria lectionem ſacræ Scripturæ habere, Seſsi. 5. cap. 1. & vt Epiſcopus quotannis viſitare poſsit Monaſteria commendata, Abbatias, Prioratus, vbi non viget regularis obſeruantia, etiam exempta, & quomodocumque commendata, & curare vt inſtaurentur & reficiantur, Seſſ. 21. c. 8.

(∴)

VI. FVN-



## VI. FVNDAMENTVM.

*Epiſcopus habet ſuum tribunal extra forum conſcientiæ, more aliorum iudicum ſeculi.*

SEMPER In Eccleſia Dei creditũ eſt, Epiſcopos in ſuis Eccleſijs eſſe veros Principes eccleſiaſticos, qui poſſint ſua autoritate iudicare extra forum conſcientiæ, in cauſis eccleſiaſticis, more aliorum iudicum ſeculi, & punire criminoſos, eoſque debitis pœnis afficere. Hoc fundamentũ ex vtroq; Teſtamento apertè colligitur, Deutero. 17. *Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tẽpore miniſtrat Dño Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael.* Locus iſte à ſimili, vel à maioritate rationis debet etiã intelligi de Chriſtianis Pontificibus; nam ſicut populus Iudaicus erat tunc populus Dei, ita nunc populus Chriſtianus: tùm etiam quia in

 lege

lege noua Chriſtiani Pontifices tãto ſunt maioris autoritatis Põtificibus legis veteris, quãto maioris atque excellentioris eſt autoritatis Nouum Teſtamẽtum Teſtamento Veteri.

Præterea ad Roman.13. *Omnis anima* (inquit Paulus) *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtũt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Et infrà: *Ideò ſubiecti eſtote neceſſitate, non ſolùm propter irã, ſed etiam propter conſcientiam:* qui locus non ſolùm intelligitur de Principibus ſecularibus, ſed etiã eccleſiaſticis, teſtimonio Chryſoſtomi, Theophylacti, & OEcumenij in expoſitione eiuſdem loci. Rurſus.1.Cor.4. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis?* Vbi nomine virgæ intelligunt Chryſoſtomus, & D. Auguſtinus lib.3.cap.1. contra epiſtolam Parmeniani, poteſtatem iudiciariam puniẽdi

pecca-



peccatores in foro exteriori. Cõfirmatur hæc ſententia, quoniam Chriſtus, vt Rex Eccleſiæ, habet virgam, quæ in Pſal.2. dicitur ferrea: quia eſt inflexibilis: & in Pſal. 44. dicitur virga directionis, phraſi Hebraica, id eſt virga recta, quia iuſtè punit. Hanc autem virgam communicat cum Epiſcopis, qui nomine Spiritus ſancti, & ipſius Chriſti, Eccleſiam regunt, iuxta illud Actuum.20. *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Deniq;.1. ad Timo.5. *Aduerſus presbyterum accuſationem noli accipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Quibus verbis apertè docet Paulus, habere Epiſcopũ ſuum tribunal, etiam extra forum conſcientiæ, & more iudicum ſeculi, accuſationes & probationes audire, & ſecũdùm allegata & probata iudicare. Sanè per presbyterum intelligit Chryſoſtomus, quemlibet hominẽ ſeniorem, ſiue Sacerdotem, ſiue laicum. Ex quo intelligimus, etiã laicos in foro exte-



riori

riori propter aliqua crimina ab Epiſcopo audiri. Vide, ſi placet, multo plura apud ſapientiſsimum Cardinalem Robertũ Bellarminum tom. 1. controuer. fidei, in lib. de poteſtate Papæ.

Si ergo Epiſcopus ſuum habet tribunal, atq; in eo iudicare, & ſententias ferre poteſt, poterit ſimiliter huiuſmodi ſentẽtias executioni mandare: ſin minus illuſoria eſſet eius iuriſdictio: quod minimè dicendum eſt: nam ſi hominem laicum tractare ſpiritualia, nefas omninò eſt, cap. 2. de iudicijs. & cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. habebunt vtiq; ſuum iudicem Eccleſiaſticum, à quo iudicari & diſcerni poſsint, qui plenam atque ſufficientem in illis habeant iuriſdictionem: atque hac de cauſa, vt arbitror, ſoli Epiſcopi thronum vel ſolium habent in Eccleſia; quod eſt poteſtatis indicium: vnde & dicuntur à Patribus imperare Principũ more: ita Chryſoſtomus in lib. de Sacerdotio. Ambroſius lib. de dignitate Sacerdotali. Gregor. Nazian-



Nazianzenus in oratione ad Principem iraſcentem, & populum timore perculſum.

Hîc obiter obſerua, quòd licèt Epiſcopi tribunal omnino ſeiunctum & diſcretum ſit à ciuili tribunali. Can. ita Dominus. 19. diſt. non tamen à tribunali ſui vicarij, cum vicarij & Epiſcopi idem cẽſeatur tribunal. cap. Romana. de appella. lib. 6. & cap. 2. de cõſuetud. lib. 6. & docet Puteus deciſion. 94. in fin. lib. 1. & alij in additionibus ad deciſ. vlti. num. 6. de offic. vicarij in nouis.

## VII. FVNDAMENTVM.

### *De loco & ſede tribunalis Epiſcopi.*

EPISCOPVS in quolibet loco ſuæ diœceſis poteſt tribunal figere, dummodò in domibus laicorum illud non locet, neque in monaſterijs. Can. luminoſo. 18. q. 2. Innocent. & Abbas in cap. dilectus. de offic. ordin. & habetur in cap.

cap. cum Epiſcopus. eod. tit. lib. 6. his verbis: *Cum Epiſcopus in tota ſua diœceſi, iuriſdictionem ordinariam noſcatur habere, dubium non exiſtit, quin in quolibet loco ipſius diœceſis non exempto, per ſe, vel per alium poßit pro tribunali ſedere, cauſas ad eccleſiaſticum forum ſpectantes audire, perſonas eccleſiaſticas, cum earũ exceſſus exegerint, capere, & carceri deputare: necnon & cætera quæ ad ipſius ſpectãt officium, liberè exercere.* Hactenus ibi. Licèt aliqui trahantur vltra vnam dietam cum lata eſt diœceſis, eod. cap. notatur in cap. qua fronte. de appellat. Neque in diœceſi præter eum quis ordinariam habet iuriſdictionem. cap. 1. de offic. ordin. Abbas in cap. cum contingat. num. 28. de foro compet. Idem etiam habet merum & mixtum imperiũ in ſua diœceſi. Vnde clericum in carcerem trudere poteſt, & etiam alienum ibi delinquentem: vt dicit Firmian. tractat. de vit. Epiſcop. lib. 4. part. 1. nu. 14. & quod plus eſt, in cauſis mixti fori poteſt laicũ in carcerem





cerem detrudere, vt dicit Cucch. tractatu de Epiſcopis, num. 112. aduerſus Iulium Clarum. Habet etiam Epiſcopus territorium, vnde & bannire poteſt: habet etiã fiſcum, cui mulctas applicare poteſt. Abbas in cap. quoniam. de offic. ordin. & familiam armatam ad iuſtitiæ executionem habere poteſt, vt dicit idem Cucch. dict. tract. num. 73. cum ſequent.

## VIII. FVNDAMENTVM.

*De duplici gladio, materiali nempe & ſpirituali, & an Eccleſia & Sacerdotes noſtri ius gladij habeant.*

GLADIVS duplex eſt: materialis ſcilicet & ſpiritualis. Materialẽ gladiũ habet Imperator, ſpiritualẽ verò Eccleſia. Can. inter hæc. 33. q. 1. in illis verbis: *Sãcta Dei Eccleſia, mũdanis nunquã conſtringitur legibus, gladium non habet niſi ſpiritualem.* De materiali gladio verba faciens Apoſtolus Petrus in epiſtol. 1. cap. 2.

dixit eſſe Regi tanquam præcellenti, & ducibus veluti ab eo miſsis obtemperandum: quòd vindices ſint malefactorum: quod proprium ipſorum eſt, non item Sacerdotum. cap. in Archiepiſcopatu. de raptor. cap. ſententiam ſanguinis, ne cleric. vel monach. Can. occidit. 23. q. 8. Can. legatur. 24. q. 2. Eſtq; Epiſcopis ſpecialiter interdictum ſanguinis ſententias ferre. c. ex literis. de exceſsib. prælat. quibus planũ eſt Eccleſiam mitem & placidam in contumaces & malefactores, non materiali gladio, ſed ſpirituali, videlicet interdictis, ſuſpenſionibus, & excõmunicatione animaduertere. c. cũ non ab homine. de iud. Excommunicatio enim vulgò gladius Eccleſiaſticus appellatur, & à Proſpero Aquitanico, Can. Ecce autem. 24. q. 3. ferrum: à Lucano & Papinio, teſte Cuiatio lib. 21. cap. 30. ius ferri & poteſtas gladij dicitur: ab Auguſtino verò Mucro Epiſcopalis: & notat gloſ. in Can. corripiantur. 24. q. 3. & Can. viſis. in fin. 16. q. 2. in illis verbis:



bis: *Et felici mucrone Epiſcopi ſacerdotum piacula reſecentur.*

Quibus tamen non obſtantibus, dubiũ nõ eſt, quin Eccleſia & Sacerdotes noſtri ius gladij materialis habeant, ſicut etiam Sacerdotes antiquæ legis: eo namq; vſus eſt Samuel Propheta. 1. Reg. 15. in Agag Regẽ: Helias Propheta. 3. Reg. 18. in quadringentos Prophetas Baal: & Heliſæus 4. Regũ. 4. in quadraginta pueros irriſores: Ioiadaq; Sacerdos. 4. Reg. 11. & Paralipo. 2. cap. 22. in Athaliam Reginam. *Educite* (inquit) *eam extra ſepta templi, & quicumq; eam ſequutus fuerit, feriatur gladio:* tùm ſubiungit: *Non occidatur in tẽplo Domini.* Glorioſus itidem Petrus Apoſtolorum princeps, & Chriſti Vicarius, in Ananiam & eius vxorem Sapphiram, qua cõſcia ille fundum vendiderat, & partẽ pretij mentiendo Apoſtolis occultauerat, Actuum c. 5. hoc gladio animaduertit. Rurſus Matth. 26. cap. idem Petrus auriculam Malcho principis Sacerdotum ſeruo amputauit:

putauit: & Luc.22. *Domine, ecce duo gladij hic: at ille dixit eis: Satis eſt.* Nonne ij duo gladij, quos ſatis eſſe dixit Chriſtus, iuriſdictionis vtriuſq; ſymbolum referunt?

Neq; ijs aduerſantur, quæ ſupra, principio fundamenti retulimus: intelligẽda enim ſunt de executione gladij materialis, nõ autẽ de poteſtate & iure eiuſdem gladij, quæ longè diuerſa ſunt: quare licèt vices ſuas quoad executionem alijs committere debeant Epiſcopi, vt notat gloſſa ad cap. clericis. ne clerici vel monachi. nihilominus rectè Archidiaconus dixit, ex autoritate Laurentij, Can. quoniam, diſt. 10. quòd vterq; gladius Petro erat conceſſus, non autem vtriuſq; executio.

Neque ſunt contraria verba illa Matthæ. 26. *Reconde gladium tuum in vaginã.* quaſi velit dicere Petro, recõde gladium, quia non habes hanc gladij poteſtatem: quo loco mirum in modum placet Optati Mileuitani lib. 3. aduerſus Parmenianũ interpretatio, ſcilicet Chriſtum noluiſſe,





vt Petrus gladiũ quem euaginauerat, abijceret à ſe, ſed vt reconderet in vaginam: quaſi dixerit in aliud opportunũ tempus ſeruandum, ne forſan Apoſtolus tunc Magiſtrũ vlciſcendo, ipſius Paſsioni eſſet impedimento: *Calicem* (ait) *quem dedit mihi Pater, nõ vis vt bibam illum?* Petrus igitur materialem gladiũ exercuit, vt Magiſtrũ à Iudæorũ iniuria defenderet: quod etiã dicit text. 23. q. 8. in principio.

Obijciet aliquis: Si Eccleſia habet materialem gladiũ, & vaginæ incluſum tenere cogitur, nec poteſt eum vibrare, & tractare, ſuperuacaneũ eſſe proculdubio, atque inutilẽ, cũ iure paria ſint rẽ non habere, vel habere inutilẽ. c. inter corporalia. §. ſicut. de translat. Epiſc. gloſ. in l. fin. C. de plag. Dicendũ eſt, non eſſe ſuperuacaneum, neq; inutilẽ, ſed potius vtilẽ & neceſſariũ. Licèt enim eccleſiaſticus iudex nõ poſsit illũ vibrare per ſe, poteſt tamen per aliũ, nẽpe per iudicẽ ſecularẽ, vt dicit gloſ. in c. 1. verb. *Publicum.* de offic. ordin.

Iure autem paria ſunt, aliquid facere, vel per ſe, vel per aliũ, ſiue per interpoſitam perſonam.l.hac edictali.§.ſi verò plus.C. de ſecund.nupt.

His omnibus accedit ſententia Bonifacij VIII. in Extrauag. vnam ſanctam. de maior.& obed.vbi ex verbis Lucę.22. cap.*Ecce duo gladij hîc*, deducit, Põtificem duos gladios ex Chriſti inſtitutione habere, ſequutus in hoc opinionem D.Bernardi, qui in eadem fuit ſentẽtia lib.4. de cõſiderat. ad Eugenium Papã. *Quid tu* (inquit Papã alloquens) *denuo vſurpare gladium tentes, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? quem tamen qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: Conuerte gladiũ tuum in vaginam. Tuus ergo & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus, alioquin ſi nullo modo ad te pertineret is, dicentibus Apoſtolis, Ecce gladij duo hîc, non reſpondiſſet Dominus, Satis eſt, ſed nimis eſt. Vterq; ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccleſia exercendus eſt: ille Sacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum Sacerdotis, & iuſſu Imperatoris.* Hactenus Bernardus.



## IX. FVNDAMENTVM.

*De Epiſcoporum autoritate & iuriſdictione in laicos.*

EPISCOPOS in laicos generalem iuriſdictionẽ habere ſuper quolibet notorio crimine, & vbi reperitur negligentia iudicis ſecularis, autor eſt Abbas ad cap.1.in fin.de empt.& vendit. & ad cap.nouit.per eundem text.de iudi. & habetur cap.licet. & cap.ex tenore. de foro comp. Poſſunt pręterea Epiſcopi, ſeculares principes admonere, &, ſi opus fuerit, excommunicare nõ inquirẽtes de furibus & furtis. Firmat Abbas ad cap. qui cum fure. num.5.de furt. Si verò inter duos iudices laicos de iuriſdictione orta

orta fuerit cõtrouerſia, poſſe Epiſcopum cognoſcere, autor eſt Felinus ad cap.cæterum. de iudic. Poteſt detractores ſuos punire,vt dicit Abbas ad cap.1.de maled. Neque in ciuitate tantùm, ſed etiam in quouis diœceſis loco facultatem habet ſibi tribunal eligendi. cap. cum Epiſcopus. de offic.ordin.lib.6.Baldus ad l.teſtamentum.C.de teſtamen.alij ad cap. qua fronte.de appellationib. & diximus ſuprà fundamento VI.

Epiſcopos prætereà, non ſolùm habere interdictionem, ſuſpenſionem, excõmunicationem, depoſitionem, ſed etiam carcerationem, verberationem, fuſtigationem, proſcriptionem, relegationem, exilium, atque pœnam pecuniariam in laicos,tradit Anaſtaſius Germonius in paratitlis,titul.de pœnis. Poſſunt etiam iudices ſeculares compellere ad audienda allegata interpellantium, prout traditur in Baſilicis libris libr.6.titul.3. cap.18. & titul.22.Si autem fuerit executor in te-

ſtamen-



teſtamento vſurarij, vel inceſtuoſi, poſſunt ſub excommunicationis pœna iudici ſeculari inhibere, ne eiuſmodi teſtamenta executioni mandentur. Cauſas ſimiliter viduarum, pupillorum, & inopũ, olim Epiſcoporum fuiſſe, ſcribit Caſsiodorus libr.11.epiſt. 3. Multo plura poteſt Epiſcopus in temporalibus, quæ à Ioanne Bertachino libr.4. part.3. referuntur: præſertim quòd merum habeat imperiũ, prout ad nouellam Iuſtiniani conſtitutionem Authent.cauſa quæ. C.de Epiſcopis & clericis. ſcribit Baldus ad l. imperium. ff.de iuriſdict.omnium iudicum.aſſerens carcerationem eſſe meri imperij, ſi ſit ad pœnam, non æquè ad cuſtodiam: quia ait: *Et pedaneis iudicibus, qui nullam habent iuriſdictionem, ſed cognitionem tantùm & iudicationem, in cuſtodiam reum conijcere licuit.*

X. FVN-

## X. FVNDAMENTVM.

*Quam iuriſdictionem habeant Epiſcopi ſuper criminibus merè profanis, ſiue temporalibus.*

SVPER criminibus merè profanis, ſiue temporalibus, non habent Epiſcopi vllam temporalem iuriſdictionem directè: habent tamen illam indirectè, & quantum expedit animarum ſaluti. Prima huius fundamenti pars probatur teſtimonio D. Bernardi lib. 1. de conſiderat. ad Eugenium Papam: *Habent* (inquit) *hæc infima & terrena iudices ſuos Reges & Principes terræ: quid fines alienos inuaditis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? In criminibus, non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra.* Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem: *Nolite* (inquit) *præiudicium Eccleſiæ Dei irrogare; illa quippe nullum Imperio veſtro præiudicium infert.* Et infrà: *Idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus vterentur:* atq; eiuſdem rei argumēto eſt, quòd ciuilis poteſtas, quæ reſpicit temporalia directè, omnino ſeiuncta & ſeparata ſit à poteſtate Eccleſiaſtica. diſt. 96. Can. 10. & ſequent. quod etiam inſinuat Alexander III. Can. ſi duobus. §. deniq;. extra de appellat. Innocentius etiam III. in cap. ſolitæ. extra de maior. & obed. & cap. per venerabilem. extra qui filij ſint legitim. Altera verò fundamenti pars, quę aſſerit, Epiſcopos habere in tēporalibus iuriſdictionem indirectè, quantum ſcilicet expedit ſaluti animarum: probatur teſtimonio eiuſdem D. Bernardi loco citato: *Sed aliud* (inquit) *eſt, incidenter excurrere in iſta, aliud verò incumbere iſtis, tanquam dignis, tali, & talium intētione rebus.*

Quod etiam teſtatur Innocen.in d. c.per venerabilẽ.vbi dicit,iuriſdictionem temporalẽ ſolùm caſualiter Pontificẽ exercere. *Non ſolùm* (inquit) *in Eccleſiæ patrimonio, verùmetiã in alijs regionibus certis cauſis inſpectis, tẽporalem iuriſdictionẽ caſualiter exercemus.* Idem docet Turrecremata ad cap.6.diſt.96.& in lib.2. de Eccleſia.

Obijciet aliquis; Omnes lites & contẽtiones,tam ſpirituales,quàm temporales, ad iudicium pertinẽt Epiſcoporum: nam id habetur expreſsè Can. quicũq; litem. & Can.quicũq; contentiones.11.q.1.Reſpondeo , ex illis canonibus priorem eſſe Theodoſij Imperatoris,qui ex pietate,nõ ex debito,id honoris Eccleſię detulit.Deniq; iam eſſe abrogatũ per alios canones, vt gloſſa ibidẽ aſſerit. Poſteriorẽ canonẽ perſpicuum eſt nõ eſſe Principis alicuius, qui poſſet leges condere , ſed particularis Epiſcopi,in certæq; autoritatis,& proptereà notari per vocem, *Palea*. Poſſet præterea intelligi ſano modo, ideſt de omnibus



bus contentionibus, quæ non poſſunt terminari per ſeculares iudices, quia nimirũ iudex nõ vult adminiſtrare iuſtitiam , vel quia altera pars nõ vult parêre: tũc enim cauſæ deuoluuntur ad iudicium Eccleſiæ per viam correctionis fraternæ, vt Innocentius III.rectè docet c.nouit.de iudic.

## XI. FVNDAMENTVM.

*Iudex eccleſiaſticus in cauſis mixti fori poteſt laicum capere, & in carcerem mittere.*

Eccleſiaſticus iudex, qui aduerſus laicos in criminibus mixti fori de iure cẽſetur cõpetens & legitimus, cùm de ipſo agitur crimine, valet eos perſonaliter capere, carcerare, atque punire, vbi id conſuetudine legitimè præſcripta obtentum eſt. Ita Baldus ad cap.ſignificaſti. de offic. delegat. quem ſequitur Ioannes Lupus referente Couarruuia pract.quæſtio.cap.10.num. 2. & Iulius Clar. in practica criminali.q.37.verſic. *Vnum.* & ipſe

Couarruuias loco citato, atq; hanc conſuetudinem in pluribus Hiſpaniarũ diœceſibus inueteratam Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus nec tollere, nec abrogare voluit: etiamſi, vt idem ait Couarruuias, haud raró in publicis totius regni conuentibus fuerit rogatus vt eã praxim aboleret.

Ex hoc fundamento optimè ſequitur, quòd ſi iudex eccleſiaſticus canonicè aduerſus laicum, criminali iudicio, vel ſentẽtiam tulerit, vel cognitionem & examen culpæ ad punitionem inſtituerit, iure poterit laicum ipſum capere, & in carcerem trudere. Quod facilè intelligi poteſt ex ijs qui eccleſiaſticam tuẽtur iuriſdictionem: atque idem Couarruuias verum eſſe putat dict.cap.10. verſic. *Secundò*. & probat text.in cap.attendendum.17.q.4. & in c. contra idolorum.26.q.5. tradit Roman. in ſingulari.660. Aufrerius in Clemen.1. de offic.ord.q.5. Poteſt igitur iudex eccleſiaſticus, cùm de ipſo agitur crimine, capere



pere laicum, & in carcerem mittere: alioquin illuſoria eſſet eius iuriſdictio: nam ſi concedimus in cauſis mixti fori, ipſum habere iuriſdictionem, fateri quoque oportet, ea videri conceſſa, ſine quibus iuriſdictio ſe explicare non poteſt. l. vltim. §. vlt. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. Quòd ſi reſpõdeatur, ipſum habere cenſuras, quibus cõpellere poteſt contumaces: ſubijciẽdum eſt, non eſſe de facili ad cenſuras deueniendũ, imò alia adhibenda eſſe remedia. cap. cùm non ab homine. vbi notant omnes, de iudic. antequam ad cenſuras deueniatur, ne tandem contemnantur: quod maximè cauendum eſt, vt monet ſacrũ Concilium Tridentinum Seſsion.25. de reforma.cap.3. Bald.cap.1. de offic. delegat. nu. 48. & ibi Decius num. 14. & notatur in cap.1. de ſent. excommu. lib.6.

Prius igitur vti debet eccleſiaſticus alijs pœnis & remedijs iure conſuetis, antequã ad cenſuras deſcẽdat, quibus cum debito modera-

moderamine decet prȩlatos Eccleſiȩ vti, præcipuè excõmunicationis cenſura, vel teſtimonio eiuſdem Concilij loco citato, Origenis homil.9.in Ierem. Ambroſ.2.offic. c. 27. Auguſtini Proſperi, & habetur 24.q.3. Can. reſecandæ. & duobus ſeqq. Chryſoſt. hom.5.in 1.ad Timot. Concilij Nicæni Can.5.11. & 12.cum ſit omnium pœnarũ eccleſiaſticarum grauiſsima, vt latè probat Marcus Mantua in ſingulari 508.per cap.corripiãtur.24.q.3.cùm priuet medijs ad vitã animæ opportunis, videlicet Sacramentis,ſuffragijs,ac cæteris bonis ſpiritualibus:in quo excedit mortis ſupplicium: quare ſemper infligitur à pia matre Eccleſia decenter & vtiliter, vt dicit D. Thom.2.2.q.31.art.2.ad 3. Couarru. in cap. alma mater.1.par.prin.nu.9.& 10. & lib.2. variar.reſolut. cap.8.nu.1.& habetur cap.1.de ſent.excommu.in 6.

Poſsint ne verò clerici, criminum mixtorum rei,in carcerem trudi ab eccleſiaſtico iudice,ſicut & laici? quidam dubium reddunt:



reddunt: certũ tamen eſt poſſe, quotieſcumq; de huiuſmodi criminibus fuerint accuſati: ex cap.cùm Epiſcopus. vbi notãt omnes.de offic.ordin.lib.6.

## XII. FVNDAMENTVM.

*Iudex eccleſiaſticus quandoq; priuatur, ne perſonam laici capere poßit.*

Eccleſiaſticus iudex nec bona, nec perſonã laici capere poteſt pro executione ſentẽtiæ ciuilis à ſe prolatæ, ſed debet ſeculare brachiũ inuocare: ita tenet Couarru.practicar.quȩſtio. cap.10. num.2. atque in hoc ſenſu intelligi poteſt opinio Ioannis Andr. in additionibus ad Speculatorem in rubr.de offic.ordĩn.Petri de Ancharrano, Imol.ad cap.cùm Epiſcopus.de offic.ordin. lib.6. & aliorum quos refert Felin.ad cap.cum ſit generale.de for.compet.exiſtimãtium, eccleſiaſticũ magiſtrum,nõ poſſe laicũ capere, & in carcerẽ detrudere: quã etſi cõmunem teſtantur

teſtãtur Aufrerius in tractatu de poteſtate Eccleſiaſtica ſuper laicis, num. 1. & ſequent. & Didacus Couarru. loco citato, eam tamen intelligendam eſſe exiſtimo in ſenſu noſtri fundamenti, non item cùm de ipſo agitur crimine, prout ſuperiori fundamento diximus: licèt Mencha ca lib. 3. de teſtament. §. 22. num. 17. opinionem Ioannis Andr. frequentiori calculo receptam dicat: ſubijcit tamen tantum eſſe eorum numerum qui contrariã partem tuentur, vt ferè neſciri poſsit quę ſit receptior.

## XIII. FVNDAMENTVM.

*Epiſcopus quæ poßit, vel non poßit, circa pœnas.*

POTEST Epiſcopus, tam in foro fori, quam etiam conſcientiæ, mollire pœnas, quæ iniungẽdæ eſſent per Canones & Decreta: vnde Canonũ pœnitentias modeſtè alleuiare poteſt. cap. menſu-



menſuram. cap. iudex. de pœniten. diſt. 1. Poteſt etiam minuere pœnitentiam matricidæ. Can. latorem. vbi gloſ. 33. quęſt. 2. Speculator tit. de legibus. §. nunc oſtendẽdum. Poteſt etiã mutare vel minuere pœnas, corporales vel ſpirituales, in pecuniarias, impoſitas à Canone ob aliquod crimen, & etiam commutãdo, vt notatur in cap. licet. de pœnit. dummodò ex cauſa id faciat, aliàs peccat: dummodò etiam ante ſententiam latam id agitur à ſe, vel à ſuo vicario, vt dicit Felin. Imol. & alij in cap. qualiter. num. 129. de accuſationib. Poteſt etiam, dum ſententiam profert (quod inferiori non licet) eius moderandę autoritatẽ ſeruare, vt dicit Felinus loco citato, num. 30. Iulius Clarus in pract. criminal. quæſt. 85. nu. 130. Et poſt eam latam à ſe, vel ſuo vicario, poteſt aduerſus eam, reſtitutionem concedere: vbi verò, vel non ſibi reſeruauit ius mutandi, nec vult concedere reſtitutionem, non poteſt pœnã ſententiæ mutare, vel minuere, niſi ex iuſta

cauſa, vt dicit Epiſcopus Calagurritanus in pract.crim.cap.126. Non tamen poteſt Epiſcopus pœnitentiam à Papa impoſitã minuere, vt dicit Firmian.libr.4. part.2. verſic. Trigeſimo diſpenſa, nu.141. licèt ex vrgenti cauſa probabile ſit id Epiſcopum poſſe, vt dicit Felin. in cap. 1. fallent. 7. de conſtitut. dummodò ob crimen Papæ reſeruatum impoſita non eſſet pœnitentia, tunc enim Epiſcopus nõ poteſt: vt notatur in cap. at ſi clerici. & cap. quoad translationem. de offic. delegat.

## XIIII. FVNDAMENTVM.

*Epiſcopus contra laicum non ſolùm pœnis ſpiritualibus, ſed etiam pecuniarijs, ſi magis timendas putet, agere poterit.*

HOC Fundamentum expreſsè probatur per cap. ad aures. cum ibi notatis, de pœnis. & docent Felinus & alij in cap. irrefragabili. de offic. ordin. Has tamen pecuniarias pœnas ſibi nõ applicet Epiſcopus, niſi egeat, ſed locis pijs, & pauperibus, vt dicit Ioannes Andr. in dict. cap. irrefragabili. Eſt autem aduertendum, quòd ſi reus condemnatus inopia laboraret, ita quòd prædictam pœnam pecuniariã ſoluere non poſſet, quòd tunc in corpore luere deberet, iuxta vulgarem iuris regulam, quòd qui non habet in bonis, luat in corpore: quæ probatur in l. 1. in fin. ff. de pœn. & in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in l. vlt. ff. de in ius vocando. Facit text. in l. vltima. in fin. C. de ſepulchro violato. & in l. illicitas. §. vlti. ff. de offic. Præſid. quæ iura ad prædictam regulam ſtabiliendam, notant, vltra Doctores ibi, Angelus & Iaſon num. 43. §. fin. Inſtit. de actionib. & omnes cõmuniter ſecundùm Beroium in cap. cognoſcentes. num. 42. de conſtit. Couarruuias lib. 2. variar. reſolutio. cap. 1. num. 8. & Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. fin. q. 95. nu. 2. Hæc doctrina locum præcipuè ſibi vendicat in reo per iudicem ſecularem condem-

condemnato: ſecularis enim poteſtatẽ habet cõmutandi pœnas pecuniarias in corporales, vt Doctores citati cõmuniter docent. Eccleſiaſticus autem non pœnis corporalibus, ſed ſpiritualibus potius aduerſus laicos procedit: quibus pœnã pecuniariam adiungere poterit, ſi magis timendam putauerit.

Notandũ preterea eſt, non poſſe Epiſcopum, punitũ corporaliter, vel pecuniariè à iudice laico, mucrone Eccleſiæ (excõmunicatione videlicet) ferire vt dicit Iulius Clar. in pract. crim. q. 57. verſic. *Vltimo quæro*. colum. penult.

## XV. FVNDAMENTVM.

*De cauſis ciuilibus, Epiſcopis ſolummodò reſeruatis.*

CAVSAE Ciuiles ad Epiſcopũ ſolùm ſpectãtes, & nullo modo ad laicum, ſunt omnes cauſæ piæ, & etiã ſpirituales, cuiuſmodi ſunt omnes pertinẽtes



tes ad Fidem, Religionem, Sacramenta, Eccleſiæq; inſtitutionẽ, ritus & ceremonicas, & id genus aliꝗ. Probatur fundamẽtum ex cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excõmunic. in 6. vbi gloſ. verb. *Spiritualibus*. c. tuam. de ordin. cognit. cap. per venerabilẽ. cap. lator. qui filij ſint legit. huius generis ſunt omnes cauſæ matrimoniales, & eas tangentes. Can. multorũ. 35. q. 6. Clemen. diſpendioſam. de iud. cap. auditis. de præſcrip. cap. accedẽtibus. de exceſsib. prælat. Quæ etiã ex ſacro Concilio Tridentino alijs iudicibus eccleſiaſticis præter Epiſcopos adimuntur. cap. 20. Seſs. 24. nec Papa ſolet eas cõmittere niſi Epiſcopis, vt dicũt Abbas, Felin. Deci. in cap. ſi pro debilitate. de offic. delegat. Deci. in cap. propoſuiſti, colum. 1. de probation. licèt alijs eas poſsit committere, vt dicit Abbas in cap. 1. de conſanguin. Couarruuias lib. 4. Decretal. cap. 8. §. 12. nec tunc Epiſcopus poteſt eas alijs ſubdelegare, vicario tamẽ ſuo id poteſt, cùm in mandato generali omnium

omnium cauſarum ipſe conſtituatur, cap. finali, vbi Abbas, de cognatione ſpirituali. cap. literas. & ibi Hoſtien. de reſtitut. ſpoliator. & vix obtinetur, vt Epiſcopus eas alijs committere poſsit, vt dicunt Abbas, Ioan. Andr. in dict. cap. ſi pro debilitate. licèt ſede vacāte Capitulū de eis cognoſcere poſsit, vt dicit Cucch. tract. de Epiſcopis, num. 123. in fin.

## XVI. FVNDAMENTVM.

*Imperatores Conſtantinus & Iuſtinianus quantum Epiſcoporum ſententijs detulerint.*

QVOD Verò ad alteram iuriſdictionem attinet, videlicet vt res iudicata ab Epiſcopo, exequutioni mādetur, miror ingenium virorum, alioquin præſtantiſsimorum, negantium Epiſcopos ſuas ſententias exequi minus poſſe: voluit enim Conſtantinus l. 1. C. Theodoſiani. de Epiſcop. & cleric. vt

eorum



eorum ſententiæ inuiolabiter obſeruarētur: & Imperatores Archadius & Honorius l. 9. C. de Epiſcop. audient. ſanxerunt, ne ab Epiſcoporū ſentētijs liceret prouocare. *Epiſcopale* (inquiunt) *iudicium ratum ſit omnibus qui ſe audiri à Sacerdotibus elegerint, eamq; illorum iudicationi adhibendā eſſe reuerentiam iubemus, quā veſtris* (ſcribunt Præfectis prætorio) *neceſſe eſt deferri poteſtatibus, à quibus non licet prouocare, per iudicum quoque officia, definitioni exequutio tribuatur.* Quod placuit Iuſtiniano Imperatori cōfirmare nouella 123. Id ipſum etiā antè ſtatuerat Theodoſius Magnus apud Gratianum Can. 34. 11. q. 1. Igitur habent Epiſcopi ſententiæ executionem, cùm alterius Magiſtratus interceſsione impediri minimè poſsint. Imò Conſtantinus loco allegato, irretractabile reddidit negotium ab Epiſcopo terminatum. *Omnes* (inquit) *cauſæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractātur, Epiſcoporum ſententijs terminatæ, perpetuò ſtabilitatis*

*iure*

*iure firmentur, nec liceat vlterius retractare negotium, quod Epiſcoporum ſententia deceſſerit.*

## XVII. FVNDAMENTVM.

*De mixtis quibuſdam criminibus in ſpecie, circa quorum cognitionem eſt maxima controuerſia inter Doctores, an poßit ſe intromittere Magiſtratus ciuilis.*

### *De crimine vſurarum.*

VSVRARVM crimen communi Doctorum conſenſu, teſte Didaco Couarru. lib. 3. variar. reſol. c. 3. merè eccleſiaſticum eſt, ſpectatq; ad tribunal iudicis eccleſiaſtici: etiamſi cauſa reſtitutionis vſurarũ agatur inter laicos, neque in ea principẽ laicum, vel eius magiſtratum eſſe iudicem competẽtem, tenet gloſ. ad Clemen. 2. verbo, *Vſuris*. de iudic. quam vtriuſq; iuris interpretes, vt ait Albericus ad rubricam. C. de vſur. nu. 5. commu-



communiter ſequuntur, atq; cõmuniter in praxi ſeruari atteſtatur Lapus in allegatione. 56. Quod adeò verum eſt, vt Alexander ex communi Doctorum conſenſu aſſeuerauerit ad l. quoties. nu. 4. de iudic. Magiſtratum ciuilem, neq; etiam obiter vel incidenter poſſe de vſura cognoſcere, neque etiamſi pars exceperit, cõtractum eſſe vſurarium, neque etiam ſtatuere terminum intra quem debeat coram iudice eccleſiaſtico probari exceptio vſurarij contractus, vt ex Bartolo haud malè colligitur ad l. præſens. num. 4. C. de appellat. cui reliqui omnes, autore Ripa ad l. qui pro tribunali. num. 7. ff. de iudic. vnanimiter adhærent.

Quibus tamen non obſtantibus, idem Didacus Couarr. conatur probare in d. c. 3. verſ. *Ego, vt liberè quid*, nõ eſſe eccleſiaſticum, atque ideò cognitionem eius inter ſeculares & laicos ad iudicem laicum poſſe pertinere, ſiue ſit quæſtio iuris, ſiue facti, eundemq; magiſtratum ciuilem re-

ctiſsimè hac de cauſa inter ſibi ſubditos cogniturũ. Verùm ſi quæſtio iuris eſt (veluti ſi dubitatur, an contractus ſit vſurarius) cognitionem eſſe iudicis eccleſiaſtici, communiter aſſeuerarunt vtriuſq; iuris interpretes, quidquid dicat Dominus Couarruuias, Iaſon conſil. 153. nu. 3. lib. 4. Decius conſil. 170. num. 3. Socin. conſ. 88. num. 23. lib. 4. Alciatus ad cap. 1. num. 77. de offic. ordin. Iulius Clarus in practic. crimin. q. 37. Si verò quæſtio fuerit facti, vt ſi agatur de reſtitutione vſuræ, quando nulla eſt dubitatio, ſed conſtat manifeſtè contractum eſſe vſurarium, tunc poſſe quoque laicum magiſtratum pœnis afficere vſurarium, tenet Bald. ad l. quoties. circa finem. C. de iudicijs, quem communiter cæteri ſequuntur, adſtipulante Blanco in ſuo de compromiſsis tractatu fol. 94. num. 9. & eodem Couarruuia d. cap. 3. verſic. *Utcumque.* & in epitom. lib. 4. part. 2. cap. 6. num. 19. Eamq; communem fatentur Abbas ad cap. cùm ſit generale.





rale. nu. 17. de foro compet. & Alexan. ad dict. l. quoties. & alij, quos recenſet Iulius Clar. qui inſuper tradit, iudicem laicũ nõ poſſe de contractu vſurario principaliter in iudiciũ deducto cognoſcere: poſſe tamen, quãdo incidẽter opponitur per modũ exceptionis, etiãſi quæſtio ſit iuris, vt tradit Guido Papa ex cõmuni interpretũ ſententia in conſil. 180. num. 2.

Sed quæret aliquis, Si crimen vſurarũ non eſt merè eccleſiaſticum, vt voluit Couarruuias dict. cap. 3. verſic. *Ego.* vt quod vetitum non ſit lege ſupernaturali, vel Põtificia tantùm, vel naturali ſimul & Pontificia; quare dicitur eſſe crimen eccleſiaſticum, cum merè ciuile, ſiue temporale dici deberet? Reſpõderi vtiq; poteſt, ita vocari, quia ciuiles legũlatores, etiã Chriſtianã religionem profitẽtes, huius criminis coercionẽ penitus neglexerũt, imò partim eius vſum approbauerunt, vt videre eſt in pluribus Cæſareis cõſtitutionib⁹, toto tit. C. de vſur. & tit. de nautic. fœno.

inter quos Iuſtinianus, & ipſe vſuras taxauit pro qualitate perſonarum in l. 26. §. ſuper vſurarum. C. eodem. de vſur. Quare neceſſarium fuit, vt ipſi Romani Pontifices pluribus cōſtitutionibus aduerſus vſurarios, & principes laicos, qui ſuos ſubditos aliqua ex parte defendebant, prouintiam hanc, ſcelus ſcilicet hoc puniēdi, ſuſciperent, tuerenturq; cēſuris eccleſiaſticis. Hincq; inualuit ab antiquo tempore ſtabilis cōſuetudo, quòd huius criminis coertio ad iudices eccleſiaſticos etiam contra quoſcumq; laicos ſpectet, quaſi crimen hoc etſi merè eccleſiaſticum non eſt, eccleſiaſticum tamen verè dici poſsit, quod iam ab initio naſcentis Eccleſię leges Pōtificiæ illud prohibuerint. Poſſunt enim Pontifices Romani ciuiles leges Regum & Imperatorum noxias animarum ſaluti infirmare & abrogare. Eſtq; optima regula, quā tradit gloſ. ad cap. poſſeſſor. de regul. iur. in 6. quæ talis eſt: Quādo de eadem re contrariæ inueniuntur leges Imperatoriæ, & Pontificiæ: ſi materia legis eſt res animarum periculum concernēs, abrogatur lex Imperatoria per Pontificiam. Et hoc modo lex Pontificia, quæ habetur cap. fin. de præſcription. abrogauit legem Imperatoriam, quæ habetur in C. de præſcrip. triginta vel quadraginta annorum, etiam cum mala fide: quia non poterat ſeruari ſine mortali peccato. Atq; idem factum eſt ſuper crimine vſurarū, vt videre eſt in Decretalibus, tit. de vſur.



*De crimine ſacrilegij.*

QVidam dicunt merè eccleſiaſticū, ex cap. 8. & 16. de foro compet. & ex Bald. ad Auth. clericus. C. de Epiſcop. & cleric. Alij mixtum, autore Mantica conſil. 226. in qua opinione eſt Abbas ad cap. cum ſit generale. de foro compet. idcircò Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in rubr. de maior. & obedien. tradit, iudicem ſecularem capere laicum ſacri-

ſacrilegum ad inſtātiam iudicis eccleſiaſtici, non æquè authoritate propria. Ac illud fortaſſe eſt, quod dicere voluit Hoſtien. ad dict. cap. cùm ſit generale, quòd ſacrilegium ſit principaliter crimen eccleſiaſticum, licèt interdum puniatur per ſecularem iudicem, quãdo imponitur capitalis pœna. cap. nouit. de iudicijs. quam Eccleſia non agnoſcit. Cuius ſanè ſententia maximè placet, ob cauſam illam, quam affert Lucius III. dicto cap. cum ſit generale, *In fauorem* (inquit) *Eccleſiæ eſt introductum, vt malefactores ſuos, qui ſacrilegi ſunt cenſendi, venerabilium locorum Rectores poßint ſub quo maluerint iudice conuenire*. Eandem rationem reddit Bonifacius Papa VIII. cap. fin. de pœnis. lib. 6. & quod plus eſt, ſtatuit, vt qui in perſonam Cardinalium, & familiarium ipſius Pontificis deliquerit, licèt ab eccleſiaſtico iudice caſtigatus, poſsit iterum à magiſtratibus ciuilibus ſecundùm Cæſareas cõſtitutiones puniri. In quibus quidem verbis innuere



innuere videtur Bonifacius, quòd licèt pœna aduerſus ſacrilegos iure ciuili impoſita ſit in l. ſacrilegij. ff. ad l. Iuliam pecul at. vbi Doctores communiter, & in l. 1. C. nemin. lic. ſign. Saluator. tamen magiſtratibus ciuilibus haud licet ſe in huiuſmodi criminibus interponere: ſed in fauorem libertatis eccleſiaſticæ facit, vt pœnæ ita conſtitutæ exequutioni mandentur. Non me latet, Iulium Clarum in praxi criminali, quæſt. 37. ſcripſiſſe, in Mediolanenſi dominio eſſe vſu receptum, vt magiſtratus ciuiles, non item eccleſiaſtici, de ſacrilegio cognoſcant: prout in Regno Franciæ obſeruari atteſtatur pract. Millei, fol. 74. num. 7. facit l. placet. & l. ſi qui in hoc genus. C. de Epiſcopis & clericis. Canon. ſunt quędam. 23. quæſt. 5. cap. fin. de pœnis. lib. 6. Quare à ſtylo, quo omnes ſupremæ vtuntur curiæ, diſcedere, conſilium non eſt.

De

## *De crimine adulterij.*

INTER mixtas quoq; cauſas connumeratur adulterij crimẽ, quamuis Innocen. ad cap. tuæ. de procurat. putauerit ciuilem eſſe cognitionem non ęquè eccleſiaſticã, ſi adulter ſit de iuriſdictione magiſtratus ciuilis. Cuius ſentẽtia Alciato viſa eſt rectiſsima ad cap.1.num.18. de offic.ordin. Sed contrariam veriorem eſſe, atque communem oſtendit Anaſtaſius Germonius lib.1. animaduerſionum, cap.9. vel etiam ipſo aſſeuerante Alciato loco allegato, hancq; frequentiori calculo probatam teſtatur Couarru. epitom.4. lib.4. Decretal. part.2. cap.7. §. vlt. nu.20. Neq; poteſt vllo prorſus modo ſe interponere magiſtratus ciuilis, vbi agitur de adulterij crimine, quoad tori ſeparationem. d.c. tuæ. de procurat. & ſentiunt Decius conſil.212. num.2. & Couarru. d.c.7. §.6. num.8. quod quotidie fieri videmus, & experimur.





## *De crimine concubinatus.*

GOdoffredus, quem citat Abbas Panormitanus ad cap. cùm ſit generale. num.25. de foro comp. tenet eſſe crimen merè eccleſiaſticum, ac proinde cognitionem eius & animaduerſionem ad eccleſiaſticum magiſtratum pertinere: non item ad ciuilem. Iulius Clar. in ſua praxi. q.37. dicit opinionem hanc, quę & communis eſt, proculdubio procedere, ſi admittimus concubinatum iure ciuili non eſſe delictum: ſecus verò ſi eodẽ iure concubinatus prohibetur; hoc enim caſu eſſet communis fori. Sed dicendum eſt, quòd cùm crimen hoc ſola lege Pontificia ſit prohibitum, teſte Didaco Couarruuia lib.3. variarum reſolutionum, cap.3. verſic. *Ego, vt liberè.* ſequitur neceſſariò, vt ſit merè eccleſiaſticum: ac proinde ſolus eccleſiaſticus ſit eius iudex competens.

(.?.)

*De abominabili, & exoſo flagitio, quod contra naturam rectè appellatur.*

COgnitionem huiùs horrendi criminis ad iudicem eccleſiaſticum, ſicut ad ſecularem, pertinere conſtat ex decreto Alexandri III. in Concilio Lateranenſi, & habetur cap. 8. de exceſsibus Prælatorum. *Quicumque* (ait) *illa incontinentia, quæ cõtra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit, deprehenſi fuerint laborare, ſi clerici fuerint, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in moneſterijs detrudantur: ſi laici, excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.* In noſtro Regno Valentino huius facinoris cognitio Inquiſitorib⁹ incumbit, & ita vſu receptum eſt.

*De crimine ſortilegij.*

CRiminibus etiam mixtis addunt & crimen ſortilegij, quod eſſe merè eccleſiaſticum tradũt nonnulli, quamuis Abb. ad cap. 1. num. 3. & 4. de ſortilegijs. quem reliqui ferè omnes, teſte Iulio Claro in verb. *Hæreſis.* verſi. *Succeſsiuè.* ſequũtur, dicat eſſe communis fori. Qua in re mihi videtur ſatis recta Geminiani diſtinctio cõſ. 54. & Barbatię cõſ. 55. lib. 1. Quibus alij frequenter adhærent, præcipuè Afflictis ſuper 1. part. conſtit. Regn. rubr. 1. num. 17. quòd aut ſortilegium tale eſt, quod ſapit hęreſim manifeſtam, aut non ſapit. Hoc caſu cognitio vtriuſque iudicis erit; illo autem eccleſiaſtici tantũ: quod videtur conſtituiſſe Alexãder IIII. cap. 8. §. ſanè. de hæret. lib. 6. dum prohibet hæreticę prauitatis Inquiſitoribus, ne de diuinationib⁹, & ſortilegijs ſe intromittãt, niſi hęreſim ſapiant manifeſtè: ſed iubet eos relinqui ſuis iudicibus puniendos, ſuis (inquã) iudicib⁹, hoc eſt ſeculari, & eccleſiaſtico. Nã iure ciuili pœna aduerſus ſortilegos, diuinatores, & maleficos grauiſsima eſt, l. 3. C. de malefic. videlicet mortis,

& confiſcationis bonorum: licèt vſu aliter receptum ſit, teſtimonio Iulij Clari in d. §. hæreſis. verſic. *Succeſſiuè*. in fin. Nãq; fuſtigati ducuntur in publicũ cum mytra in capite, & deinde foras eijciuntur.

*De blaſphemia, adulterio, falſitate literarum Apoſtolicarum, periurio & inceſtu.*

BLaſphemia crimẽ eſt mixti fori. c. 2. de maled. & refert Iuli. Clar. in practic. crim. §. blaſphemia. verſic. *Hoc crimen*. lib. 5. Adulterium ſimiliter, vt dicit Abbas in cap. intelleximus. num. 1. de adulter. & Couarruuias libr. 4. Decretal. fol. 137. nu. 20. & Iulius Clar. in pract. q. 32. num. 3. vbi optimam huius rei rationẽ aſsignat. *Cùm enim* (inquit) *hoc delictum ſit violatio Sacramenti matrimonialis, meritò eius vindicta nõ minus pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, quàm ad laicum*. Sed de hoc crimine diximus ſupra. Similiter falſum commiſſum in literis Apoſtolicis, vel alia re eccleſiaſtica, ab vtroq; iudice cognoſci poteſt,



poteſt, & etiã puniri. Abbas & alij in cap. cùm ſit. de for. competen. Ananias in c. ad falſariorum. de crimin. falſ. Periurium etiam eſt mixti fori, vt dicit Couarruuias lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 6. num. 20. Inceſtus ſimiliter, vt dicit Bald. in l. conſulta diualia. C. de teſtam. Sic ſi patres vel domini velint proſtituere filias, vel ancillas, ad Epiſcopum confugi poterit, vt eas à poteſtate domini, vel patris, liberãdas curet. l. ſi lenones. C. de Epiſcop. audien. In criminibus autem prædictis alter alterũ nõ impedit, niſi præuenerit. Poteſt tamẽ alter iudex aliam pœnam eidẽ imponere, ſi maior ſuis legibus imponatur, vt dicit Couarr. lib. 2. variar. c. 10. Iuli. Clar. in pract. crim. q. 57. verſic. 10.

*De alijs criminibus laicorum, circa quorum cognitionem, & coercionem poteſt ſe intromittere iudex eccleſiaſticus.*

COgnoſcere poſſunt Epiſcopi, ſi victualia plus æquo venundãtur aduenis,

uenis, quàm ciuibus: vel etiã ipſis ciuibus: vel ſi aromatarij, & huiuſmodi, merces falſas pro bonis vendant: cõtra hos enim excommunicatione procedere poteſt, vt deſiſtant. cap. 1. vbi Innocent. & Barbat. de emption. & venditi. cap. ſignificantibus. de offic. delegat. Probabile etiam eſt, quòd in maxima penuria cogere poſsit diuites cenſuris, vt pauperes ſuſtentent, ne pereant: vt dicit ibi Barbatia, Ioan. Andr. in regula ea quæ, in mercur. in cap. ſicut. vbi gloſ. diſtin. 47. Similiter poteſt prohibere ſuperfluos ornatus virorũ & mulierum: maximè vbi facies deturpantur; ludos & ſpectacula inhoneſta, vt dicit idem Ioannes And. in cap. ea quæ. de regul. iur. in 6. Ancharran. in cap. 1. de conſtitutio. fol. 18. Bald. in procœmio Decretal. col. 4. & etiam tripudia & choreas in diebus feſtis, vel vbi ſementinam vitiorũ præbent, vt dicit Cucch. tractat. de vita Epiſcopor. num. 135. & habetur in Concilio Prouin. Mediolan. IIII. tit. de viſitatione. §. fœminarum.



narum. Similiter cauſa dotis, cùm mulier ab hæredibus viri repetit: quia ſic eſt cauſa pia, vt dicunt Caſtr. Iaſon, & alij in l. 1. ff. ſolut. matrimonio. & mixti fori ſecundùm Innocentium, Henricum, Panormitanum & alios, cap. de prudentia. de donation. inter virum & vxorem. quorum opinio communis eſt ex Felin. cap. licet. num. 1. de foro competent. Aufrerio de poteſtate eccleſiaſtica, num. 21. caſu. 27. Gom. in cap. fin. in principio. num. 22. de iudicijs, Didaco Perez l. 2. tit. 1. libr. 3. ordinamenti, colum. 775. verſicul. *Dubitatur inſuper*. Præſertim ſi mulier quæ repetit, vidua fuerit, quæ miſerabilis eſt habitu, & dotis priuatio reddit eam oppreſſam, & ſic miſerabilem actu, ſecundùm Baldum Nouellum tractat. de dote, parte. 9. priuilegio. 16. Rubeum in repetitione cap. per veſtras, notabili. 2. numer. 13. & 24. Secus tamen dicendum eſt, ſi vir ab vxore repetat, vt dicit idem Bald. Nouell. tractatu de dote, parte. 19. ſpeciali. 6. Et

Et ſimiliter cũ vir eam lucrari vult cauſa adulterij: & in cauſa alimentorum eccleſiaſticus eſt adeundus: & vbi ex matrimonij cauſa, dotis cauſa emergit, vt dicit Baldus in l. in contractibus. §. in omni. C. de non numerat. pecun.

*De violatione monialis.*

IVdex eccleſiaſticus in crimine violationis monialis, vel eius attentatione, contra laicũ procedere poteſt. l. ſi quis non dicam. C. de Epiſcop. & cler. Socin. in cap. cũ ſit. de for. compet. Sic fœminæ quæ cum perſonis eccleſiaſticis deliquerint, poſſunt ab vtroque iudice puniri, & datur locus præuentioni, vt dicit Boſsi. in pract. tit. de coitu damnato, nu. 16. & 17. Si quis autem ſacram virginem rapuerit, aut ſolicitauerit, aut corruperit, Epiſcopus per ſe, vel per œconomum, vel per cuiuslibet prouintiæ iudices, & eorum officia, iniuriam vindicabit: ſanxit enim Iuſtinianus nouella. 123. §. vlti. eos qui ſic deliquerint,



querint, & participes eorum ſceleris fuerint, capitale periculum ſuſtinere, & non modò eum qui rapere, ſed attentare ſolummodò cõtrahendi cauſa matrimonij ſacratiſsimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriri mãdauit Iouinianus Imperator dict. l. ſi quis non dicam. his verbis: *Si quis non dicam rapere, ſed nec attentare tantummodò iungẽdi cauſa matrimonij, ſacratiſsimas virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur.* Sunt enim moniales ita ſacroſanctæ, vt ſi quis eas carnaliter cognouerit, tria delicta vno & eodem tempore, adulterium ſcilicet, inceſtum & ſacrilegium, committere receptum ſit. Abb. ad cap. at ſi clerici. nu. 35. de iudic. & ad cap. cũ dilectis, nu. 2. de purgatione canonica.

XVIII. FVNDAMENTVM.

*Pro quolibet peccato lethali non eſt conueniendus laicus coram iudice eccleſiaſtico.*

QVAMVIS ſuper omni crimine, quatenus eſt peccatum lethale,

 adiri

adiri poſsit eccleſiaſticus iudex, ex cap. nouit. de iudi. niſi reus excipiat: id tamen nõ ſemper expedit, præſertim ſi actor malitioſe, dolo ac fraude, videatur eum trahere ad forũ eccleſiaſticum, omiſſo ſeculari, cuius iudicio ſe ait paratum re ſtare: quoniã ſacroſancta mater Eccleſia fraudẽ, & dolum plurimũ odit. cap. ſedes. & cap. ex tenore. de reſcrip. cap. 2. de oper. nou. nunciat. non vult videri arrogans, quippe quę ſimplex colũba eſt. Can. loquitur. 24. q. 1. & ſimplicitatem columbæ cum ſuo ſpõſo laudat. cap. ex merito. 6. q. 1. nec eſt alieni vſurpatrix. cap. ſi filius. de teſtam. & Can. fin. 17. q. 4. cap. ex tenore. de for. compet. nec vexare vllũ cupit, quæ omnes leuare deſiderat. c. fin. de dolo & contuma. c. vt debitus. de appellat. Quare reus excipere poterit, non quidem quòd iudex eccleſiaſticus non eſt cõpetens ad cognoſcẽdum de tali cauſa tali modo poſita, ſed ꝙ actor malitioſè, dolo ac fraude videatur eũ trahere ad forum eccleſiaſticũ: nam qui poteſt





teſt directè cõuenire laicum coram laico iudice, & ſperat, vel ſperare debet, ius ſuũ ſibi ab eo reddendum, & conuenit illum indirectè corã eccleſiaſtico, meritò videtur id facere animo fraudãdi poteſtatem laicam, aut reũ artibus exquiſitis vexandi; quorum vtrumq; valde odit Eccleſia.

Contra id quod initio huius fundamẽti diximus (nimirùm poſſe laicũ pro quolibet peccato mortali conueniri coram iudice eccleſiaſtico) obijciet aliquis: Nemo eſt trahendus extra ſuum forum. l. fin. C. vbi in rẽ actio exerceri debeat. cap. cùm ſit. de for. compet. laici autem fori ſecularis ſunt. cap. ſi clericus. de foro competen. Igitur trahendi non ſunt ad eccleſiaſticũ, etiam ratione criminis vel peccati. Reſpõdetur, quòd Chriſtianus, quatenus Chriſtianus eſt, in omnibus eſt fori eccleſiaſtici, & quatenus ciuis & homo, fori ſecularis: & ſic ſingulariter intelligi poteſt ſingulare illud cap. quæcũq; 11. q. 1. quatenus iubet, vt quęcũq; contentiones oriuntur,

ad Eccleſiam deferãtur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur: & ſi obedire noluerint, quouſq; obediant, à liminibus excludantur.

Sed contra hanc ſolutionem argumẽtabitur denuo aliquis, quòd vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. Can. cognouimus. 12. q. 2. quare durũ videtur, quòd Chriſtianus, quatenus homo & ciuis, cenſendus & iudicandus ſit per ſecularem, & quatenus Chriſtianus, per eccleſiaſticum. Reſpondeo, hanc regulam intelligendam eſſe, attento vno & eodem reſpectu: non autem attentis diuerſis, vt eſt caſus in l. ſi quis ad perferendum. §. 1. ff. de furt. & ſatis colligitur ex tertia oppoſitione Baldi in l. 1. C. de ſeru. fugit. Aretin. conſil. 110. col. 4. & gloſſ. Can. quanquam. 2. q. 7. cap. 1. de offic. legat. & faciũt omnia iura probantia, vnum & idem vno reſpectu conſideratum, differre à ſe ipſo conſiderato altero, cap. à collatione. de appellat. lib. 6. & l. ſi quãdo. C. de appellat.

Quare



Quare mirum non eſt, quòd vnus & idẽ, cùm eſt conueniendus vt homo, conueniri debeat coram laico: cùm autem conueniendus eſt vt Chriſtianus, conueniri debeat coram eccleſiaſtico.

## XIX. FVNDAMENTVM.

*Non repugnat, Epiſcopum ſimul eſſe principem ſpiritualem & temporalem, & habere vtramq; iuriſdictionem.*

RESPVBLICA eccleſiaſtica, quę perfecta eſt, & ſibi ſufficiens in ordine ad ſuum finem, habet omnẽ poteſtatem & iuriſdictionem neceſſariã ad talem finem conſequendum, cùm neceſſaria ſit ad finem ſpiritualem poteſtas, & iuriſdictio vtendi & diſponendi de rebus temporalibus, præſertim ad comprimẽda vitia: quia alioqui poſsẽt mali principes religionem euertere, & impunè fouere malos. Igitur habet Reſpublica eccleſiaſtica hanc poteſtatem & iuriſdictionẽ,

atq;

atq; ita poterit imperare Reipublicę temporali, quæ ei ſubdita & ſubiecta eſt, & cogere & comprimere ad reformãdos mores: facultates enim, teſte Ariſtot. 1. Ethic. cap. 1. ſubordinantur, vt ſubordinãtur fines: & quia felicitas tẽporalis non eſt abſolutè vltimus finis, referri debet ad felicitatem æternam, quæ eſt finis Reipublicæ eccleſiaſticæ. Vnde Abraham, Iſaac, & Iacob pręfuerunt ſuis, tam in his quę ad religionem, quàm in his, quæ ad publicã vitã pertinebant: & in lege Naturę ſemper primogenitus Rex & Pontifex erat, vt autor eſt Hieronymus in quęſtionibus Hebraicis, in illud Geneſ. 49. *Ruben primogenitus meus.* Prætereà Moyſes, & ſummus Princeps temporalis, & ſpiritualis fuit: nã Exo. 18. dicitur: *Sedit Moyſes vt iudicaret populũ:* & cap. 32. eiuſdem libri iuſsit occidi plurimos de populo propter peccatum idololatriæ: & cap. 40. adoleuit Domino incenſum: quod erat maximè proprium munus Pontificis, vt patet ex lib. 2. Paralipomenon cap. 26. Item Leuit. 8. conſecrauit Aaronem in Sacerdotem, ſanctificauit tabernaculum & altare, obtulit ſacrificia & holocauſta; quæ ſolus Sacerdos facere poteſt. Quare optimè Philo Iudæus libr. 3. de vita Moſis, in vltimis verbis, inquit: *Hæc eſt vita, hic exitus Moſis Regis, Legislatoris, Pontificis, & Prophetæ,* &c. Et Gregorius Nazianzenus in oratione ad Gregorium Nyſſenum: *Moſes* (inquit) *Principum Princeps, & Sacerdotum Sacerdos, Aarone pro lingua vtebatur.* De regno Moſis idem tradit Auguſtinus quæſt. 68. in Exod. De Pontificatu autem quæſt. 23. in Leuit. Denique Heli, & ſummus Pontifex, & iudex politicus fuit annis quadraginta: vt cap. 1. & 4. lib. 1. Reg. narrat hiſtoria. Non igitur repugnat, Epiſcopum eſſe Principem ſpiritualem, & temporalem ſimul, vel eccleſiaſticum, & politicum iudicem, & habere vtramque iuriſdictionem, præſertim in ordine ad ſalutem animarum.



XX. FVN-

## XX. FVNDAMENTVM.

*Magiſtratum eccleſiaſticum politico ſubli-miorem eſſe oſtenditur varijs teſtimo-nijs ſanctorum Patrum.*

PROBATVR in primis hoc fundamentum ex Philone Iudæo lib. de victimis, Theodoreto quęſt. 1. in Leuit. & Procopio in 4. cap. Leuit. aſſerentibus, Pōtificem fuiſſe Rege maiorem in lege veteri: & deducitur hoc tùm ex cap. 27. Numer. vbi dicitur, quòd ad verbum Pontificis Eleazari, tam Princeps Ioſue, quā omnis populus, ingredi & egredi deberet: tùm ex Leuit. 4. vbi quatuor ſacrificia inſtituūtur, ex quorum ordine & magnitudine colligitur ordo & dignitas perſonarum, pro quibus fiebant. Primū erat vituli pro Pontifice: ſecundum etiam vituli pro toto populo: tertium hirci, id eſt vilius, pro Rege: quartū capræ, pro quolibet priuato.

Hoc idem probatur ex Nouo Teſtamento,



nam Apoſtolus Paulus omnes fideles, ne magiſtratu quidē excepto, Epiſcopis ſub iecit; cùm ait Hebr. 12. *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilāt, tanquam rationē pro animabus veſtris reddituri.* Et ſanctus Gregorius Naziãzenus in oratione ad ciues timore perculſos, & Imperatorem iraſcētem, hoc modo alloquitur: *An me liberè loquentem æquo animo feretis? nam vos quoq; poteſtati meæ, meisq́ ſubſellijs lex Chriſti ſubijcit: imperium enim ipſi quoque gerimus. Addo etiam præſtātius ac perfectius; niſi verò æquum eſt ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cœleſtia terrenis cedere.* Sanctus quoq; Ambroſius in oratione de tradendis Baſilicis: *Non ne* (ait) *bonus Imperator intra Eccleſiam eſt, non ſupra Eccleſiam?* Et ſanctus Ioannes Chryſoſtomus homilia. 4. in cap. 6. Eſaiæ: *Maior* (inquit) *hic principatus: propterea Rex caput ſubmittit manui Sacerdotis.* Idē habetur definitum cap. 4. & 6. de maior. & obed. & paſsim alibi.

Sed dicet fortaſſe aliquis: Nonne omnes iſti Epiſcopi ſunt? non ergo ipſorũ teſtimonium eſt admittẽdum, cùm nulli liceat in propria, ſuorumvè cauſa, teſtimoniũ dicere. l. 10. ff. de teſtib. & l. 9. C. eodẽ. Ita planè. Sed audi, ſi placet, S. Bernardũ, teſtem omni exceptione maiorẽ, in epiſt. 183. ad Conradum Imperatorẽ: *Legi* (inquit) *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Quam ſententiam cupio vos cuſtodire in exhibenda reuerentia Petri Vicario: ſicut ipſam vobis vultis ab vniuerſo ſeruari Imperio.* Hactenus Bernardus, qui Epiſcopus nõ erat. Sed quid? Nonne licet Epiſcopis ex facultate Theodorici Regis, vt conſtat ex eius reſcripto ad Petrũ Epiſcopum, apud Caſsiadorum lib. 3. epiſt. 37. in ꝓpria cauſa ius dicere? Licet vtiq;: *Cauſarum* (inquit Theodoricus) *veſtrarũ qualitas vobis decet iudicibus terminari, à quo eſt expectanda magis, quàm imponenda iuſtitia.* Si igitur in cauſa propria ius dicũt, & teſtimonium dicere poterunt: vt enim Conſtan-



Cõſtãtinus Imperator ait l. 1. C. Theod. de Epiſcop. iud. *Illud eſt veritatis autoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit.*

## XXI. FVNDAMENTVM.

*De genuina, atq; germana interpretatione §. ſi verò crimen. in Authen. de ſanctiß. Epiſcop. collatio. 9.*

VERBA Textus huius. §. hæc ſunt. *Si verò crimen fuerit, quod aduerſus quamlibet memoratarum perſonarũ reuerendiſsimarum inferatur (ſiquidẽ apud Epiſcopum aliquis accuſatur) & ipſe veritatem inuenire potuerit, ab honore aut gradu hunc ſecũdum eccleſiaſticas regulas deijciat, & tunc competens iudex hunc comprehendat, & ſecundùm leges litem examinãs, cauſæ finem imponat.* Hactenus ille.

Circa huius. §. intelligentiam, & legitimam interpretationem, eſt maxima controuerſia inter Doctores. Quidam enim,

de quorum numero eſt Alciatus in cap. 1. de offic. ordin. in explicatione gloſſæ, in verb. *Publicum*. arbitrantur eſſe intelligẽdum de reo, qui remittitur cõdemnatus: Quoniã, inquiunt, ille miſſus eſt degradatus, & talis degradatio fieri non potuit ſine cauſæ cognitione, & ſententia. Alij verò contra ſentiunt, de quorum numero ſunt Salicetus in l. ea quidem. C. de accuſat. col. 7. Angel. & Alex. (quos citat, & refert, perperamq; reprehendit Alciatus loco citato) qui putant debere intelligi de reo, qui remittitur cõdemnãdus, non autem condemnatus: quorum ſentẽtia, quia verior eſt, & textui magis conſona & accõmodata, nobis probatur. Pro cuius intelligentia & explicatione ſunt quædam prænotanda.

Primum eſt, quòd licèt actualis degradatio, quæ includit executionem, ſit pœna eccleſiaſtica, qua eccleſiaſticus priuatur omninò exequutione ordinis, & beneficij adminiſtratione, & omni priuilegio



gio clericali, abſque ſpe reſtitutionis, & cum quadam ſolennitate, vt tradunt Sylueſter, Tabienna, Armilla, & Angelus de Clauaſio, verb. *Degradatio*. & colligitur ex cap. degradatio. de pœn. lib. 6. nihilominus tamen quãdoq; infligitur tãquam pœna vltima delicti commiſsi ab illo qui degradatur: quandoq; verò tanquam pœna media, non autem vltima: quia infligitur, vt degradatus tradatur curiæ ſeculari, efficiaturq; de foro magiſtratus ciuilis, vt ab ipſo ſecundùm leges & iura ciuilia pœna debita coerceatur. Cùm enim clerici, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ſint omninò exempti à iudicio ſeculari ſecundùm Canones, & etiam ſecũdùm leges, diſtin. 96. per totam, & 2. q. 2. per totam: in Decretalibus tit. de immunitate Eccleſ. & cap. ſecularis. de foro compe. & in Concilio Tridentino Seſſ. 23. de reformatione, cap. 20. & in Authen. vt clerici. cor. propr. iudic. conu. collatio. 6. & iure Hiſpanorum partit. 2. titul. 6. l. 17. & lib. 1. Ordin.

Ordin.Regal.tit.3.l.7.non poſſunt,pręci puè in criminalibus, vbi agitur de correctione & punitione perſonali,animaduerti à iudice ſeculari, niſi priùs efficiãtur de eius foro:quod fit media degradatione.

Neq; poteſt clericus ante degradationẽ cõſentire iuriſdictioni ciuilis magiſtratus, nec expreſsè,nec tacitè. c.12.&18.de for. cõpe.&.c.4.in prin.de iud.Cuius rei hæc ratio aſsignatur à Doctorib9 d.c.12.&18. quia non poteſt clericus renũtiare iuri in fauorem totius ordinis ſacri introducto, imò nec iuramẽto iudicẽ ſecularẽ incõpetentẽ,facere poteſt cõpetentẽ,etiam in cauſis merè ciuilibus, vt Archiepiſcopo Piſano reſcripſit Innoc. III.& habetur d. c.12.de for.comp.Quod mirũ videtur, cũ cæteri homines,quantũuis priuati,iudicẽ incõpetentẽ prorſus & incongruũ, nullo etiam accedente iuramento, competentẽ & congruum facere valeant,ſi eum adierint,vt African.in l.18.ff.de iuriſd.omni. iud. reſpondit, & Imperator Antoninus in



in l.1.C.eod.recripſit.Cuius diuerſitatis illa ratio aſsignari ſolet, quòd ex priuatorũ conſenſu priuatus iudex nequeat conſtitui,ad l.3.C.eod.Quod & B.Auguſtin.in quęſtion.Vet.Teſtam.(qui propè omnia ſuo diuino ingenio aſſequutus eſt) teſtatur,dũ ait: *Præfectus poteſt agere vicẽ Præfecti,& Prætor Prætoris: non tamẽ priuatus poteſt agere vicẽ poteſtatis alicuius.* Hactenus ille. Si igitur priuatus priuatũ iudicẽ ſibi cõſtituere nequit, certè iudex ſecularis à clerico cõſtitui iudex nõ poterit, nec eius iuriſdictionẽ prorogare: cùm in clericorũ cauſis magiſtratus ciuilis cẽſeatur priuatus.c.2.de iudi.Quare priuatus nullam habet in clericũ iuriſdictionẽ;& cùm res nulla extet,nec extendi poteſt.l. decẽ. ff.de verbor.obliga.l.43. §.vlt.ff. de ædil. edict.l.5.ff.de iniuſt.rup.cap. 3.de deſponſatio.impub. & cap.20. de homicid. Item priuatus mandato Prætoris, vel alterius poteſtatis, vice eius fungitur, teſtimonio Iuriſconſulti Pauli libr. 18. ad Plautium.l. vlt.

vlt. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. Sed laicus vice Epiſcopi, etiam ex eius mandato, non fungitur: indecorum enim eſt (vt non minus ſanctè, quàm prudenter conſiderat Concilium Hiſpalenſe, de quo in cap. 22. 16. quæſt. 7.) vicarium Epiſcopi laicum eſſe, & perſonas eccleſiaſticas iudicare.

Sed, vt ad propoſitum inſtitutum, vnde digreſſa eſt, noſtra reuertatur oratio, dicimus, clericũ in ciuilibus, & criminalibus, ſicut olim, teſte Feſto Pompeo lib. de verbor. ſignif. in verb. *Ordo conuiuij*. ita & nunc eſſe exemptum iudicio magiſtratus ciuilis, vt non poſsit ab eo ante degradationem, citra maximam iniũriam, & graue peccatum, puniri, etiamſi conſtaret, ordinem eccleſiaſticum accepiſſe poſt patratum crimen, & in fraudem fori ſecularis. Cuius rei hæc eſt optima ratio: quia in ſacra ordinatione cuilibet (etiãſi ſacris initietur in fraudẽ fori) imprimitur character, quo quis ſacer efficitur, & Imperiali



riali iuriſdictione eximitur. Quare deponendus & degradandus erit, prout ſolent alij clerici, qui poſt ſuſceptos ordines enorme committunt delictum, vt rectiſsimè opinati ſunt Guillelmus de Cugno, Iacobus Butricarius, & Bartolus ad l. 1. ff. de pœnis. Baldus ad l. 1. num. 2. C. an ſeruus pro ſuo facto. Dynus ad l. item Vlpianus. ff. de accuſatio. Iaſ. ad l. cum quædam. ff. de iuriſd. omn. iud. Ancharran. ad regul. ea quę. de regul. iur. lib. 6. & Aufrerius ad Clem. 1. de offic. ordin. regul. 1. fallent. 2. & ſi aliter ſeculares faciant iudices, eos malè facere ſcribit Couarru. practic. quæſt. cap. 32. num. 4. verſic. *Tertia concluſio*. Nõ igitur magiſtratus ciuilis iudicium exercere poteſt ſuper clericũ ante actualem degradationem: facta tamen degradatione poteſt, licèt ei non tradatur: ita tenet Anton. Gabr. tom. 1. ex Iulio Claro. §. fin. q. 36. verb. *Degradatio*. Quotieſcumq; ergo clericus traditur Curiæ ſeculari degradatus, vt pœna mortis, aut mutilatio-

nis membrorum afficiatur à iudice ſeculari: tunc licèt remittatur degradatus, nõ tamen condemnatus; ſed condemnãdus per ciuilem magiſtratũ: & de clerico, qui ſic remittitur, loquitur. §. ſi verò crimen. in illis verbis: *Et tunc competens iudex hũc comprehendat, & ſecundùm leges litem examinans, cauſæ finem imponat.* Si ergo cauſę clerici degradati finem impoſiturus erat iudex ſecularis, qui iam tunc competens erat: non ergo eccleſiaſticus iudex per degradationem finem cauſæ impoſuerat: ſi enim impoſuiſſet, non eſſet cur iterum ciuilis magiſtratus imponeret. Optimè igitur Angelus, Salicetus, & Alexan. arbitrati ſunt, degradatum illum remitti cõdemnandum, non autem condemnatum.

Ex his quæ diximus poſſet aliquis dubitare, an percutiens clericum degradatum, incidat in Canon. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Gloſ. in cap. ad abolendã. in verb. *Prærogatiua.* de hæret. reſpondet, incidere, propter memoriã priſtinæ dignitatis: quod



quod & ipſum voluit gloſſa: id tamen declarãs in c. degradatio. in fin. & ibi quoq; Doctores, eod. tit. lib. 6. & gloſ. in Can. accedens. 50. diſt. & in cap. 2. in gloſ. vlti. in verb. *Ceciderit.* diſt. 54. & in cap. dictum. diſt. 81. in vltima gloſ. Felinus in cap. contingit. 1. in fin. de ſentent. excõmun. Hippolyt. de Marſil. ſingul. 179. colu. 2. & ex Theologis D. Antonin. in 2. part. 3. partis ſummæ, tit. 25. cap. 1.

## DE INSTITVTIONE, antiquitate, autoritate, poteſtate, & iuriſdictione magiſtratus ciuilis, ſiue politici.

### XXII. FVNDAMENTVM.

*Politicam poteſtatem à Deo inſtitutam eſſe.*

VNA Ex pręcipuis hæreſibus Anabaptiſtarum, & Trinitariorum huius temporis eſt, nõ licere Chriſtianis gerere magiſtratus, nec debere eſſe

 inter

interChriſtianos vllo modo prætoria, tribunalia, iudicia, ius gladij, & alia ad benè rectèq; iudicandum neceſſaria: quare placuit pro huius hęreſis confutatione, & veritatis Catholicæ munimine & defenſione, hoc fundamentũ aſsignare, quod multipliciter probatur à ſapientiſsimo Cardinali Roberto Bellarmino tom. 1. controuerſ. fid. lib. de laicis, per multa capita. Sed à nobis breuiter, & ſuccinctè, & prout inſtituti ratio poſtulat, explicabitur ex his, quæ ipſe, & alij tradunt. In primis ex c. 8. Prouerbiorum: *Per me Reges regnãt*: & infrà: *Per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam*: & Daniel. 2. *Deus cœli, regnum & imperium dedit tibi*: & Chriſtus Matth. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*. Et Paul. ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas niſi à Deo*. Ad Titum. 3. *Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe*. Et 1. Petr. 2. *Deum timete, Regem honorificate*. Ex quibus locis ſatis apertè colligitur, ciuilem magiſtratum, ſiue politicã poteſtatem à Deo Optimo Maximo fuiſſe inſtitutam. Hoc idem docuerunt antiqui Patres, Irenæus libr. 4. cap. 70. ex loco citato Pauli ad Roma. 13. Tertullianus in Apologet. cap. 31. ex quodam loco Pauli 1. Timot. 2. vbi iubet Apoſtolus, nominatim orare pro Regib⁹. Auguſt. lib. 4. & 5. de ciuitate Dei, D. Tho. de regimine Principum. Quod etiam ratione ſuaderi poteſt: nam hæc poteſtas eſt de iure naturę: non enim pendet ex cõſenſu hominum: nam, velint nolint, debent regi ab aliquo, niſi velint perire humanum genus, iuxta illud Prouerbiorum cap. 11. *Vbi non eſt gubernator, populus corruet*: quod eſt contra naturę inclinationem. Quod autem corrueret populus, certum eſt: nam Spiritus ſanctus in cap. vlt. lib. Iudicum, in vltimis verbis, reddere volens cauſam omniũ malorum quæ acciderãt illo tempore, dicit: *In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod bonum ſibi videbatur, hoc facie-*

*faciebat*. Cùm igitur ius naturæ ſit ius diuinū, fateri oportet, gubernationē, ſiue politicū magiſtratū, iure diuino introdoctū; & hoc videtur propriè velle Apoſtolus, cū dicit ad Rom. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*. Hoc fundamentū intelligitur de poteſtate politica in vniuerſum ſumpta, non deſcendendo in particulari ad monarchiam Ariſtocratiā, vel Dymocratiam, de quibus diſputāt Plato in Politico. Ariſtot. lib. 3. Politicorū. c. 5. & lib. 8. Ethicor. c. 10. Plutarchus in opuſculo integro de monarchia, cætériſq; formis regēdæ multitudinis, Iſocrates in oratione quę ſcribitur Nicocles, Ioan. Stobæus ſermone. 45. Herodotus lib. 3. hiſtor. qui Thalia inſcribitur, & Homerus in 2. Iliad.

## XXIII. FVNDAMENTVM.

*De fine propter quem inſtitutus eſt magiſtratus ciuilis.*

FINIS inſtitutionis politici magiſtratus multiplex eſt. Primus, vt exerceat iudicium



iudicium iuſtum, iuxta illud Deut. 16. *Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio*. Vbi obiter animaduertendum eſt, Romanos magiſtratus haud ſolitos fuiſſe iudicare, ſed re cognita, iudices dare, & iudicū à ſe datorum ſententias exequi. l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. cum ipſi non iudicarēt. Ideò Cicero in epiſtol. 2. lib. 1. Q. fratrem reprehendit, quòd cum Prætor eſſet, iudicaſſet: *Quid* (inquit) *Prætor ſolet iudicare?* Vnde Vlpianus. l. eum qui. ff. de iuriſdict. omni iudi. reſpondet, *Qui iudicare iubet, magiſtratū eſſe oportere*. Secundus finis, vt diſsipet omne malū. Prouerb. 20. *Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſsipat omne malum in tuitu ſuo*. Itē, *Diſsipat impios Rex ſapiens*. Tertius finis eſt, gladio punire Reipublicæ perturbatores, Rom. 13. *Si malè egeris, time; nō enim ſine cauſa gladium portat, miniſter enim Dei eſt*: quibus verbis innuit Apoſtolus, datū gladiū à Deo principibus cōtra facinoroſos. Vnde dicitur Geneſ. 9.

Qui

*Qui effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius.* Vbi Chaldaica paraphraſis vertit, *Qui effuderit ſanguinem cum teſtibus, ex ſententia iudicis fundetur ſanguis illius.* Quartus finis eſt, defenſio religionis, vt Leo Papa epiſt. 75. ad Leonem Auguſtum: *Debes* (inquit) *Imperator, incunctanter aduertere, Regiam poteſtatem tibi nō ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, vt auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſunt ſtatuta, defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas:* idē repetit Anaſtaſius II. in epiſt. ad Anaſtaſium Imperatorem, & Gregorius lib. 9. epiſt. 60. ad Regem Angliæ, & lib. 11. epiſt. 44. ad Leontiam Auguſtam. Agatho in epiſtol. ad Conſtantinum IIII. Atque ad hunc finem ſpectat prohibitio libertatis credendi. Vnde Imperator Theodoſius. l. cūctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide Catholica. radicitus euulſit libertatem credendi, quam aliqui Principes permiſerāt, ac iuſsit omnes

nes



omnes credere eo modo quo Romanus Pontifex docet eſſe credendum: & Martianus Imperator. C. eodem. l. nemo, ſeuerè prohibet, ne quis ea quæ ſunt in Concilijs Epiſcoporum diffinita, reuoluat. Deniq; Ambroſius in oratione funebri Valentinianum Iuniorem laudat, quòd Romæ repetenti antiquam libertatem in religione, vt colere poſſet ſacrificijs Deos, fortiſsimè reſtiterit. Atque hic eſt præcipuus finis inſtitutionis politicę poteſtatis: qui ſatis colligitur ex verbis Pauli ad Galat. 5. *Utinam* (inquit) *abſcindantur:* & ad Titum. 1. *Increpa illos durè, vt ſani ſint in fide.* Vnde Auguſtin. epiſt. 50. *Aliter ſeruit* (inquit) *Rex Deo, quia homo eſt, aliter, quia Rex eſt: quia homo eſt, ei ſeruit viuendo fideliter: quia verò etiam Rex eſt, ſeruit, leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore ſanciendo: ſicut ſeruiuit Ezechias, lucos, & templa idolorum deſtruēdo: ſicut ſeruiuit Ioſias, talia & ipſe faciendo: ſicut ſeruiuit Rex Niniuitarum, vni-*

N *uerſam*

*uerſam ciuitatem ad placandum Dominum compellendo: ſicut ſeruiuit Darius, idolum frangendum in poteſtatem Danieli dando: ſicut ſeruiuit Nabuchodonoſor, omnes in regno ſuo poſitos à blaſphemãdo Deo, lege terribili prohibendo.* Et ibidẽ ſubdit: *Quis mente ſobrius Regibus dicat: Nolite curare in Regno veſtro à quo teneatur, vel oppugnetur Eccleſia Domini veſtri? nõ ad vos pertinet in regno veſtro, quis velit eſſe ſiue religioſus, ſiue ſacrilegus: quibus non poteſt dici: Non ad vos pertineat in regno veſtro, quis velit eſſe pudicus.* Hactenus Auguſtinus.

## XXIIII. FVNDAMENTVM.

*De antiquitate magiſtratus ciuilis.*

CIVILIS Magiſtratus cœpit tẽpore legis Naturæ: nam Melchiſedec, qui tempore legis Naturæ floruit, fuit Rex, & Põtifex, vt patet Geneſ. 14. & tradit Paulus ad Heb. 7. *Hic enim* (inquit) *Melchiſedech, Rex Salẽ, Sacerdos Dei ſummi,* &c. Cõſtat ſimiliter, Noe, Abraham, & alios Patriarchas, præfuiſſe ſuis non ſolũ ſpiritualiter, ſiue in his, quæ ad religionem, ſed etiam tẽporaliter, & ciuiliter in his, quæ ad politicam vitam pertinebant. De poteſtate verò nulli dubium eſt, licere Chriſtiano Principi leges condere: quod eſt proprium ipſorum munus, iuxta illud Prouerb. 8. *Per me Reges regnãt, & legum conditores iuſta decernunt.* Quod etiã Auguſt. docet lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 17. Et licèt ſolo arbitrio Principis poſsit Reſpublica regi & gubernari, vt olim populos ſine vllis legibus gubernari ſolitos, tradit Iuſtin. lib. 1. hiſtoriæ, & Romanã Rempublicã ad annos tercentos ſine legibus gubernatã tradit Liuius lib. 3. melius tamen eſt populũ regi legibus, teſtimonio Ariſtot. lib. 3. Politic. c. 11. quia iudicium Principis, etiamſi rectiſsimum ſit, vix vnquam caret ſuſpicione, inuidia, querelis, maledictis: at iudicium legis his omnibus caret, quippe quod ſcitur non poſſe corrumpi

muneribus. Multò plura poteſt magiſtratus ciuilis, quæ ſingula recenſere, non eſt huius loci, ſicut neq; omnia enumerare, quæ ad eius plenam ſuper laicos in cauſis temporalibus iuriſdictionem pertinent.

## XXV. FVNDAMENTVM.

*Iudicatum in auditorio eccleſiaſtico, poſſe iterum examinari & puniri in foro temporali.*

IN criminibus mixti fori iudicatum in auditorio eccleſiaſtico, poſſe iterũ examinari, & puniri in foro temporali, cõmuni conſenſu tradũt Doctores, Abb. ad cap. 1. circa fin. de offic. ordinarij. & ad cap. tua. de procurator. Bald. ad l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. & conſil. 260. lib. 3. Iterum Abbas, & cum eo Aretin. & Felin. ad cap. de his. de accuſat. Ioan. Andr. Dominic. & Franc. ad cap. felicis. §. per hoc. de pœn. lib. 6. Couarruu. lib. 2. variar. reſol. cap. 10. num. 6. Iulius Clarus in §. fin. pract.



pract. crim. q. 55. num. 11. & 14. Cuius rei rationem illam afferre ſolent, quòd iuriſdictio eccleſiaſtica à laicali eſt prorſus ſeiuncta & ſeparata. Can. 10. cum ſequent. 96. diſtin. Ideò abſolutionis ſententia in vno iudicio lata, nõ parit contra aliud rei iudicatę exceptionem: licèt Couarru. poſt Ioan. Andr. Domin. Abbatem, & Aretinum, verè putauerit, communem ſententiam eſſe accipiendam, quãdo pœna à iudice eccleſiaſtico inflicta, non eſſet ſufficiens ad criminis punitionem, & culpæ menſuram. Si quis huic noſtro fundamẽto opponat cap. de his. de accuſat. vbi cauetur, ne de his criminibus, de quibus quis eſt abſolutus, poſsit accuſatio replicari. Reſpõdetur, cap. illud habere locum, vbi non eſt omninò ſeparata iuriſdictio: vel quando pro qualitate criminis reus fuerit ſufficienter mulctatus: quia tunc accuſatio replicari non poteſt: neque reus iterũ pœnis affici, vel puniri. Vbi tamẽ temporalis iudex fortiora haberet adminicula, tunc

tunc poterit iterum inquirere, & grauiùs reum punire: vt ſi reus coram Epiſcopo, vel eius vicario confeſſus fuerit adulteriũ per annos dumtaxat quatuor commiſiſſe: & iudex ſecularis intendat probare, ipſum per viginti circiter tale perpetraſſe delictum, & nõ adulterij ſolùm, ſed & inceſtus reum eſſe, propterea quòd illa, cum qua in adulterio fuerat deprehenſus, erat ei ſpirituali cognatione coniũcta: poterit tunc ciuilis magiſtratus iterum inquirere, & grauiùs punire, cùm aliter puniãtur adulteri, aliter verò inceſtuoſi.

## XXVI. FVNDAMENTVM.

*Regum, ſeculariumvè magiſtratuum, nõ eſſe, officia Sacerdotum inuadere; neq; de eorum perſonis vel cauſis principaliter, nec incidenter iudicare.*

HOC Fundamẽtum diffinitum videtur à Papa Eugenio cap. decernimus. de iudic. in illis verbis: *Decernimus*



*nimus, vt laici tractare eccleſiaſtica negotia non præſumant.* Et probatur ex lib. 2. Paralip. cap. 19. vbi Ioſaphat Rex optimus alloquitur Amariam, his verbis: *Amarias* (inquit) *Sacerdos & Pontifex in omnibus quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porrò Zabadias ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officiũ pertinent.* Hoc idem colligitur ex eodem lib. cap. 26. vbi cum Ozias Rex vellet thus adolere, prohibuit eum Pontifex, dicens: *Non eſt tui officij, Ozia, adolere incenſum Domino, ſed Sacerdotũ.* Et cùm ille perſeueraret, lepra grauiſsima cõtinuò percuſſus eſt. Huius rei veritatem agnoſcens Baſilius Imperator in 8. Synodo apertè profeſſus eſt, nec ſibi, nec vllis laicis licere negotia ſacerdotalia tractare: quod idẽ profeſſum fuiſſe etiam Imperatorẽ Valentinianum ſeniorẽ, teſtatur Sozomenus lib. 6. cap. 7. Conſtantinus etiam Imperator apertè teſtatus eſt, de Epiſcopis ſe iudicare nõ poſſe, vt qui Dij quidẽ ſint, ſed cõtra potius eorũ ſe ſtare ſubiectũ iudicio, ſcribit

ſcribit Ruffinus lib.1.cap.2.hiſtorię. Quare iure optimo in Synodo Matiſconenſi Can.9.in Concilio Mileuitano Cano.19. & Toletano III. Can.19.puniuntur grauiſsimè clerici, qui cauſam Eccleſiæ ad iudicem ſecularem deferunt: cùm ſit iuris naturalis per ſe noti, non poſſe quem iuſtè ſine iuriſdictione ius dicere. l.vlt.ff.de iuriſd.omn.iudi. Rex verò, aut ſummum eius Auditoriũ, de iure nullam habet iuriſdictionẽ, nec principaliter, nec incidẽter, in Epiſcopos & alios Pręlatos eccleſiaſticos. Can.nunquam. Cano.ſi Imperator. Can.cùm ad verum.96.diſt. neque ſuper eorum cauſis, præſertim ſi fuerint eccleſiaſticæ, aut ſpirituales, ex c. decernimus. ibi: *Maximè de his quæ ſpiritualia eſſe noſcũtur.* de iudic.& cap.ſi iudex laicus, ibi: *De re eccleſiaſtica & ſpirituali.* de ſentẽt. excõmun.lib.6.l.56.& 57.titul.6.partit.1.circa quorum cognitionem iudicantur non ſolùm incompetentes, ſed etiam incapaces iure diuino. Can.ita Dominus. 19. diſtin. Can.



Can.bene quidem.§.iſta ſcriptura. Can. deniq;.96.diſt.Can.1.cum ſequent.11.q.1. cap.ſi diligenti.de for.compet. cap.quanquam.de cenſib.Can.futuram. 12.q.1. & cõmuniter Doctores in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. Cardinalis Hoſius de hæreſibus noſtri temporis libr.2. de legitimis iudicibus, fol.157.Couarruu. in practic.quæſtion.cap.31. in princ. Lælius Iordanus de maioribus Epiſcoporum cauſis, cap.8.In cuius ſententiæ confirmationem refert Sulpitius lib.2.ſacræ hiſtoriæ, circa finem, Beatum Martinum Maximo Imperatori quondam dixiſſe: *Nouum eſſe & inauditum nefas, vt cauſam Eccleſiæ iudex ſeculi iudicaret.*

Dixi, Seculares iudices eſſe iure diuino incapaces in cauſis ſpiritualibus clericorum: quoniam in temporalibus, ſiue profanis, eorundem non iure diuino, ſed humano dũtaxat, incapaces dicuntur, vt cõmunis recẽtiorum ſchola interpretatur, & videre licet apud Couarruuiam loco ci-

O tato,

tato, Bonifacium Rogerium conſ. 23. Lã-
cellotum Conradum in templo omnium
iudicum, lib. 2. cap. 1. Ioannem Garſiã de
nobilitate, gloſ. 9. num. 8. & 27. & librum
cui titulus eſt, Theſaurus Chriſtianæ re-
ligionis, cap. 39. Atque iuxta hunc ſenſum
intelligendam exiſtimo opinionem Inno
centij in cap. 2. de maior. & obedien. Bal-
di, Angeli, Alberic. Salicet. & Fulgoſ. nu.
3. l. iubemus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. aſſe-
rentium, iudices ſeculares non iure diui-
no, ſed humano dumtaxat, incapaces eſſe:
quorum ſententiam amplexati ſunt Dua
renus de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, lib. 1.
cap. 2. Aluarus Valaſcus conſultatio. 100.
nu. 8. Guido Pancirolus conſ. 21. & alij.

Contra prędicta poſſet aliquis obijce-
re, in lege veteri licuiſſe Regibus, iudica-
re & deponere Sacerdotes: nam Rex Sa-
lomon. 3. Reg. 2. depoſuit Abiathar Sacer
dotem, & cõſtituit in eius locum Sadoch.
Igitur hoc idem licebit Regibus & Prin-
cipibus Chriſtianis in Nouo Teſtamen-
to.



to. Reſpondeo, Salomonem non vt Re-
gem, ſed vt executorem diuinæ iuſtitiæ
depoſuiſſe Abiathar, ſubſtituto Sadoch:
nam ibidem 3. Reg. 2. dicitur, Salomonẽ
amouiſſe Abiathar, *Ut impleretur ſermo
Domini.*

Iterum obijciet alius, Chriſtianos Im-
peratores ſæpè iudicauiſſe ac depoſuiſſe
Pontifices: nam Imperator Conſtantinus
in exilium miſit Liberium Papam, Iuſti-
nianus Silueriũ, Theodoricus Rex Ioan-
nem I. in carcerem coniecit. Reſpondeo,
hæc quidem facta fuiſſe, ſed quo iure, ipſi
viderint. Certè Liberium Papam iniuſtè
pulſum in exilium, teſtatur Athanaſius in
epiſtola ad ſolitariam vitam agẽtes. Idem
de Silueriо affirmat Liberatus in Breuia-
rio cap. 22. Idem deniq; de Ioanne I. Bea-
tus Gregorius lib. 4. Dialogorum, cap. 30.
& certum eſt, Cõſtantium ac Theodori-
cum Arrianos, Iuſtinianũ Euthychianiſ-
tam fuiſſe: itaq; non magis mirũ eſt, quòd
hæretici Principes Chriſtianos Põtifices

 depoſue-

depoſuerint tyrannico iure, quàm quod ethnici Imperatores eoſdem paſsim occiderint. Ita reſpondet ſapientiſsimus Cardinalis Bellarminus tom. 1. controu. fidei, lib. 2. de Romano Pontifice cap. 29.

Concedimus igitur, in principio naſcẽtis Eccleſię Imperatores hęreticos, ethnicos, atq; etiam Catholicos de eccleſiaſticis ſpiritualibusq; & diſpoſuiſſe & cognouiſſe, vt ſatis cõſtat ex integris illis titulis: C. de ſumma Trinitate. de ſacroſanct. Eccleſijs. de Epiſcopis & clericis. de Epiſcopali Audientia. cum alijs, Authentico de ſanctiſsimis Epiſcop. de eccleſiaſticis titulis. Sed dicimus id contigiſſe de facto & per violentiam & tyrannidem, cui tunc Eccleſia reſiſtere non poterat, non tamẽ de iure, & iuxta eccleſiaſticas ſanctiones, & idcircò temporis opportunitate Cęſarum oppreſsionẽ moderari cupiebat, & procurabat, vt præclarè ſatis demonſtrat Ambroſij, Vrbani, & ſanctorum Patrum autoritas, Can. ſi tributum. 11. q. 1. Itaq; cũ primum



primum Eccleſia poteſtatem habuit exequendi ſanctorum Patrũ traditiones, earumq; autoritate publicè eccleſiaſtica diffinire negotia, Cæſareas leges abrogauit. Can. bene quidem. 12. q. 1. Tribunalia erexit, eccleſiaſticisq́; iudicijs formã pręſcripſit. Can. 1. cum ſequent. 11. q. 1. & titul. de iudic. nouioresq́; Pontifices excommunicationis pœnã contra laicos aliud ſtatuentes impoſuerunt. cap. aduerſus. cap. nõ minus. de immunitat. Eccleſ.

## XXVII. FVNDAMENTVM.

*Piorum Regum munus & officium erga Eccleſiam, erga oppreſſos violenter, & cum iniuria, quale.*

PIORVM Regum munus & officium erga Eccleſiã, deſcribit glorioſus Aurelius Auguſtinus epiſt. 48. & 50. & 165. dicens, præcipuum eorum munus eſſe, eccleſiam, eiuſq; immunitatem & libertatem defendere, ſeueriſq; legibus

bus ac pœnis blaſphemos, ſacrilegos, & hæreticos ab Eccleſia damnatos coercere: quod etiã teſtatur Leo Papa epiſt.75. ad Leonem Auguſtum: & Gregorius lib. 2.epiſt.61. ad Mauricium. Tenentur leges iuſtas cõdere, vt idem Auguſt. teſtatur, & habetur Can.ſi Eccleſia.23.q.4.in fin.ibi: *Aliter ſeruit Rex Deo, quia homo eſt, aliter quia Rex eſt: quia homo eſt, ſeruit, viuẽdo fideliter: quia Rex eſt, ſeruit, leges iuſta præcipiẽtes, & cõtraria prohibẽtes cõueniẽti vigore ſanciẽdo.* Idẽ habetur Can.duo iſta. eadẽ 23.q.4.&.c.quod ſicut.de electio.l.itẽ. ff. quod cuiuſq; vniu. quod Imperatores pios Conſtantinũ, Valentinianũ, Gratianũ, Theodoſiũ, Martianũ, feciſſe, ex ipſo. C.cognoſci poteſt.l.cũctos populos.tit.de ſum. Trinit.& fid.Catho.& in toto tit.de hæret. Si verò Imperatores noluerint Eccleſiã defendere, excõmunicari poſſunt. Cano.adminiſtratores.23.q.5. Quinimò ipſi Cæſares fatẽtur, ita facere, eſſe maximè rationi cõſentaneũ: cõſtituẽtes inſuper



per, quãcumq; legẽ Eccleſię, ipſiusq́; libertati cõtrariã, nullã eſſe. Auth.caſſa & irrita.C.de ſacroſ. Eccleſ. Auth.itẽ nulla cõmunitas. Auth.cauſa. Auth.ſtatuimus.C. de Epiſc. & cleric. Ita Hiſpaniarũ Reges Catholici, Eccleſiamq́; ſummè venerantes, ſemper agnoſcunt.l.50.56.& 57.tit.6. part.1.l.1.cum ſeqq.tit.3.lib.1.compil. atq; ita iure faciendũ docẽt Couarr. in quęſt. practic.c.31.Lælius Iordan.c.12.Conrad. in templo iud.lib.2.c.5.§.3.num.37.

Erga oppreſſos vi, munus & officiũ Regũ deſcribit B.Hieron. ſuper c.7.Ierem. & habetur Can.Regũ officiũ. 23.q.5. his verbis: *Regum officiũ eſt proprium, facere iudiciũ atq; iuſtitiam; & liberare de manu calumniantiũ vi oppreſſos, & peregrinis, pupilliſq́; & viduis, quæ facilius opprimũtur à potẽtibus, præbere auxiliũ.* Et infrà: *Si hoc feceritis, ò Reges Iuda; tenebitis priſtinã poteſtatẽ.* Idẽ habetur Can.ab Imperatoribus.23.q. 3.& Canon. adminiſtratores. 23.q.5.&l. vnica.C.quan.Imper.inter pupill.& vid.

Hoc

Hoc autem niſi ita fieret, opprimerentur grauiſsimè innocentes.

Hîc poſſet aliquis inquirere, an violenter oppreſsi à iudicibus eccleſiaſticis, poſſint adire Regẽ, aut ſummum eius Auditorium, vt auferat ab eis huiuſmodi violẽtiam & vim, compellatq; ab ea inferenda ceſſare iudices eccleſiaſticos? Quã quidem quæſtionem, quia altiſsimè à ſapientiſsimis viris ſemel atq; iterum agitatam, non plenè terminatam conſpicio, Pontifice Maximo dignam iudico, cuius eſt cõponere maximas lites in Eccleſia Dei. Breuiter tamẽ, prout inſtituti ratio poſtulat, & ſub cenſura eiuſdem Pontificis Maximi Clemẽtis Papæ VIII. qui hodie ſanctiſsimè Dei Eccleſiam moderatur, quæſtioni pro ingenij tenuitate ſatisfaciam. Certum in primis eſt, vt teſtatur Dominus Couarruuias in queſt. practic. cap. 35. in Hiſpaniarum Regnis obſeruatiſsimũ ſemper fuiſſe, etiam à tempore quod hominum excedit memoriam, poſſe ab his

qui



qui à iudicibus eccleſiaſticis vi & cenſuris opprimuntur, Regios Auditores & Conſiliarios, qui apud Regia ſuprema prætoria iura litigantibus reddunt, omnino adiri, vt vim auferant: extatq; lex Regia. 5. tit. 1. lib. 2. Ordin. & inſtructio expeditiſsima, quã Regium decretum exhibuit anno Domini 1548. Hic autem forẽſis vſus, non ſolùm apud Hiſpanos, ſed & apud Gallos receptiſsimus eſt, vt teſtantur Doctor Martinus Azpilcueta Nauarrus in c. cùm contingat. de reſcript. remed. 1. pag. 146. Carolus de Graſſalijs lib. 2. Regaliũ Franciæ, iure. 7. Stephanus Aufrerius in Clement. 1. de offi. ordin. regul. 2. fallen. 3. Carolus Molinæus in regul. Cancellariæ, de infirmis reſignantibus, num. 13. qui & in Flandria idem fieri teſtatur.

An verò id licitè fiat, nec ne, dubium eſt. In his Hiſpaniarũ Regnis licitè id fieri affirmãt Doctores noſtri, Couarruuias in quæſtio. practic. cap. 35. Auiles in cap. 1. Prætorum, in gloſſ. verb. *Mandamientos.*

num.10.& ſequentib. Montaluus in gloſ.
Ordinam. Regal.in part.*Rex*.in fin. Gar
ſia de nobilitat.gloſſ.9.num.51.& alij fre-
quenter, ex Can. princeps. Can. admini-
ſtratores. Can.Regum officium. 23. q. 5.
Can.ab Imperatoribus.23.q.3. qui deſum
ptus eſt ex Concilio Carthaginenſi V. &
l.quoties.C.de iudic. l. cum proponas. C.
de rebus credit.l.2.C.ad exhibendũ. tùm
ex cõſuetudine inueterata: tùm ex ratio-
nibus relatis in Chronica Regum Catho
licorum, cap.222. & à Couarruuia loco ſu-
pra citato, tùm etiã quia id fit ex permiſ-
ſu, vel voluntate, ſaltem pręſumpta, Papę,
vt teſtatur Gregorius Lopez in l. 13.tit.13.
part. 2. tùm deniq; quia Regium Præto-
rium nõ habet cognitionem in cauſa, ſed
tantùm in violẽtia à Prælato illata, vt de-
ferat, vel nõ deferat appellationi ad ſupe-
riorem eccleſiaſticum, vel ad ſummum
Pontificem interpoſitæ: nam viſo proceſ
ſu, & viſis actis cauſæ, illud tãtum agitur,
vt dicit Couarruuias, an iuſtè iudex eccle-





ſiaſticus deferre noluerit appellationi: &
deniq; ſi compertum ſit, appellationem
eſſe friuolam, cauſa ad eundem iudicẽ ec-
cleſiaſticum remittitur: ſin autẽ iuſta viſa
fuerit appellatio, tollitur illa vis & iuiuria,
quæ aduerſus ſacros Canones, & autori-
tatem Sedis Apoſtolicæ fit appellanti ad
eandem: & præcipitur illi iudici, vt defe-
rat appellationi, & abſoluat excommuni-
catum, omniaq; acta poſt appellationem
retractet, ac reducat in eum ſtatũ, in quo
erant tempore appellationis & ſentẽtiæ.
Hactenus ille. Quæ omnia licitè fieri vi-
dentur, cùm liceat reſiſtere inferẽti vim
per iniuriã, impediendo ne exequatur vo
luntatem ſuam, ad reſiſtendum enim in-
uaſori, & ſe defendendum, non requiri-
tur vlla autoritas, neq; opus eſt vt ille qui
reſiſtit, ſit iudex & ſuperior illius cui reſi-
ſtit, licèt ad iudicandũ & puniendũ requi
ratur autoritas, ſiue poteſtas publica, cùm
nemini liceat ſine iuriſdictione ius dice-
re, ex l. vlt. ff. de iuriſ. omn. iudi. Itaq; ſicut

licet reſiſtere Epiſcopo inuadenti corpus, ita licebit reſiſtere eidem, inuadenti animas, vel turbanti Rempublicam, vel iniuriam per vim, ſiue violentiam inferenti, quantum expediret quieti Reipublicæ, populorũ ſaluti, & oppreſſorum leuamini. Licet (inquam) ei reſiſtere, impediendo ſolùm ne violenter & cum iniuria voluntatem ſuã exequatur: non tamen licet Regi Epiſcopum iudicare, punire, vel deponere, Cano. accuſatus. 3. q. 6. & Canon. ſequent. quod proprium eſt ſummi Pontificis, vt docet Caietanus tractatu de autoritate Papæ & Concilij, cap. 27. & Ioannes de Turrecremata lib. 2. cap. 106.

Contra id quod modò diximus, non licere Regi Epiſcopum deponere, nec iudicare, opponet quis, Paulum Apoſtolum Actuum. 25. Cæſarem appellaſſe, *Ad tribunal* (inquit) *Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari.* Et infrà, *Cæſarem appello.* Sed appellatio fit ad iudicem legitimum & competentem, vt ex multis capitibus toto tit. de



de appellationib. & 2. q. 6. per totam, ſatis conſtat: igitur ſi Paulus Cæſarem agnouit iudicem, à quo poterat iudicari, & puniri, certè etiam & Petrus & reliqui Apoſtoli, atq; eorum ſucceſſores, idem agnoſcant neceſſe videtur, pares enim fuerunt. Huic argumento reſpondet Turrecremata lib. 2. cap. 96. ſummæ de Eccleſia, Paulum appellaſſe ad Cæſarem, quia de facto erat iudex ipſius, etſi non de iure. Albertus Pighius lib. 5. Eccleſiaſt. Hierar. cap. 7. aliter reſpondet, & melius, iudicio Cardinalis Bellarmini lib. 2. de Roman. Pontif. c. 29. dicit enim, diſcrimen eſſe inter principes ethnicos, & Chriſtianos: nam quo tempore Principes erant ethnici, nõ erat Pontifex iudex illorum, ſed è contrario, illis ſubiectus erat in ciuilibus omnibus cauſis, non minus quàm cæteri homines.

Quòd autem Pontifex nõ eſſet iudex illorum, patet (inquit Bellarminus) quia non eſt iudex niſi fidelium, iuxta illud 1. Cor. 6. *Quid ad me de his qui foris ſunt iudicare?*

*dicare?* Quòd verò è contrario eſſet ipſe illis ſubiectus ciuiliter de iure & de facto, patet etiam: nam lex Chriſtiana neminē priuat ſuo iure & dominio: ſicut ergo ante Chriſtianam legem homines ſubiecti erant Imperatoribus & Regibus, ita etiā poſteà: quare Petrus & Paulus paſsim hortantur fideles, vt ſubditi ſint Principibus, vt patet ad Roman. 13. ad Titum. 3. & 1. Petri. 2. Meritò itaq; Paulus Cęſarem appellauit, eumq; iudicem agnouit, cùm accuſaretur ſeditionis, & tumultus in populo excitati: at verò cū Principes Chriſtiani facti ſunt, & ſpōte leges Euāgelij ſuſceperunt, continuò ſe, tanquā oues paſtori, & mēbra capiti, ſubiecerūt præſidi Eccleſiaſticę Hierarchię, & ꝓinde ab illo iudicari, nō illū iudicare deinceps debēt: atq; hac autoritate Ambroſius prohibuit ingreſſum Eccleſię Theodoſio, eo quòd nōdum eum pœnituiſſet tanti ſanguinis tot innocentum hominum apud Theſſalonicam crudeliter effuſi. Canon. cùm apud Theſſa-



Theſſalonicam. 11. q. 3. & latè narrat D. Antoninus in ſumma hiſtoriali, part. 2. titul. 9. cap. 8. §. 3. Eadem autoritate Philippum Fabianus, Archadium Innocentius iudicarunt, non è contra, vt Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem multis teſtimonijs probat. Hoc autem non alia ratione fecerūt, quàm quia eccleſiaſtica poteſtas, etiam Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis, qualis erat poteſtas Ambroſij, poteſt procedere contra quemlibet laicum ſui Epiſcopatus, etiam Imperatorem, etiā ſuper crimine merè profano, quale fuit illud Theodoſij, ad cogendum illum pœnitere.

(.:.)

## PRIMA CONCLVSIO.

*Delegatus Papæ poteſt implorare auxilium brachij ſecularis.*

HAEC Eſt communis, illamq; tuentur Panormit.Imol.Felin. Deci. & Archidiac. per cap. adminiſtratores. 23. q. 5. ſequuti Innocent. in cap.ſignificaſti.num.3. de offic.delegat.& Federic.in conſil.163. *Super inuocatione*. in 1.dub. & Dominic. poſt Lap.in cap.vt officium.§.deniq;. verſic. *An delegatus*.de hæret.lib.6.& Oldradus conſil.89.*Epiſcopus inuocat*. circa fin. & Panormitan.iterum in cap.ſi quis contra clericum,in penulti. col. verſic. *Nunquid autem poſſit delegatus*. de foro comp. Paulus Caſtrenſ.poſt Alberic.in l. Epiſcopale.col.fin.C.de Epiſcop.& clericis. An autem hæc cõcluſio vendicet ſibi locum, quando



quando iudex ſecularis requiſitus eſt à iudice delegato ſedis Apoſtolicæ ſine ſpeciali clauſula, quòd poſſit inuocare auxiliũ brachij ſecularis, diſputant Archidiac. dict.cap.adminiſtratores.23.q.5. & Abb. Sicul.in cap.fin.de exceſſib. Prælatorum. & Andr.Barb.in cap. ſignificaſti.de officio delegati.& iterum Archidiaconus in cap.vt officiũ.de hæret. lib.6. & Oldrad. dict.conſil.89.Mihi videtur poſſe;nam licèt in reſcripto quandoq; adijciatur clauſula,Inuocato ad hoc auxilio brachij ſecularis,ſi opus fuerit:illud eſt ad ſuperabundantem cautelam ; ſicut in materia cap. mãdatum.de offic.delega. & de ſtylo Curiæ interdum exprimuntur clauſulæ, quę ſuapte natura inſunt, vt tradit Imol. in d. cap.ſignificaſti.col.2.

## II. CONCLVSIO.

*Licet magiſtratui eccleſiaſtico auxilium brachij ſecularis inuocare.*

HAEC etiam communis eſt,quam defendunt cõmuniter Autores in ſuperio-

ſuperiori concluſione citati, ex cap. 1. de offic. ordinar. Ab exordio enim naſcentis Eccleſiæ, præſertim à tempore Conſtantini Imperatoris, Eccleſia cõtra laicos inobedientes, & contra clericos reſiſtentes cœpit ſeculare brachium inuocare: qua in ſpecie loquitur text. cap. petimus. c. iſtud. 11. q. 1. cap. poſtulaſti. 21. de homicid. Nihilominus hæc concluſio patitur exceptionem: quando ſcilicet à iudice eccleſiaſtico eſt appellatum: quia tunc nõ poteſt inuocare auxilium brachij ſecularis, pendente appellatione, ſecundùm Alberic. in l. Epiſcopale. verſicul. *Sed circa hoc quæro.* & Paulus Caſtren. ibi in fin. C. de Epiſcop. audien. & Oldrad. conſ. 89. propter illam regulam, quę habet, pendente appellatione nihil innouandum. l. 1. in princip. ff. nil nouar. appell. pend. & Decius in cap. ſignificaſti. col. 2. de offic. delegat. Quod verum iudico, quando appellatur à diffinitiua, vel interloquutoria, cum cauſa probabili, quam non conſtaret eſſe falſam, & appella-



appellatur in forma, & tempore debitis.

Sed aduerſus hanc cõcluſionem obijciet aliquis: Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis ex Cõcilio Florẽtino in inſtructione Armenorum, & Tridentino Seſs. 23. cap. 4. & docuit Auguſt. in Pſal. 44. exponẽs illud, *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* vbi ita inquit: *Miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filij nati ſunt, conſtituti ſunt Epiſcopi*: ſed nũquam Apoſtoli brachiũ ſeculare inuocauerunt: Ergo neq; Epiſcopi illud inuocare debẽt. Huic obiectioni occurrit Auguſt. in epiſt. 50. & alibi, Apoſtolos id non feciſſe, quia nullus tunc erat Chriſtianus Princeps, quẽ inuocarent: tunc enim implebatur illud Pſal. 2. *Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſum Dominũ, & aduerſum Chriſtum eius*: at poſtquam tempore Cõſtatini cœpit illud impleri, quod ſequitur in eodẽ Pſal. *Et nũc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terrã, ſeruite Dño in timore*, mox Eccleſia auxiliũ ſecularis brachij implorauit.

 Eccle-

Eccleſia igitur ſicut habet Principes eccleſiaſticos, & ſeculares, qui ſunt quaſi Eccleſiæ brachia: ita duos habet gladios, ſpiritualem, & materialem: quando autem manus dextera gladio ſpirituali nō poteſt malos & perditos conuertere aut corrigere, inuocat auxilium brachij ſiniſtri, vt gladio ferreo eos coerceat, atq; debitis pœnis animaduertat in eos, neque tunc Eccleſiæ aliqua irrogatur iniuria, imò placens Deo, Pontifici, religioni & Eccleſiæ præſtatur obſequium: quod optimè explicatum eſt in Synodo Ioannis Papæ, relata in cap. 1. de offic. ordinar. ibi: *Et cum opus fuerit, publicum conuocent auxilium, non ad præiudicandum, ſed potius ad ea quæ Deo placita ſunt proſequendum:* eadem ferè verba ſæpè in ſacro Concilio Tridentino repetuntur; & in bullis Apoſtolicis & monitorijs ſeculare brachium inuocatur.

(.?.)

III. CON-



## III. CONCLVSIO.

*Iudex ſecularis requiſitus, vt ſuum impartiatur auxilium pro executione ſententiæ magiſtratus eccleſiaſtici in crimine hæreſis, vel ſymoniæ; tenetur & debet illud impartiri, abſque eo quòd ſibi fiat fides de proceſſu, ſeu de iuſtitia, & viribus ſententiæ.*

HAEC Eſt contra Bart. in l. Diuus. ff. de cuſtodia reorum, & reliquos, qui ipſum ſequuntur, quos ſupra retulimus in explicatione opinionis Bartoli. Illam tamē tuentur Abbas Siculus, Ancharranus, Imol. in cap. 1. de offi. ordin. & idem Abb. in cap. fin. de ſtatu regular. Angel. in l. Diuus. ff. de cuſtodia reorū. Bald. in Authen. clericus. in fin. C. de Epiſcop. & cleric. qui in verbis ſuis finalibus dicit, quòd quādo iudici ſeculari remittitur hæreticus per iudicem eccleſiaſticum, iudex ſecularis non debet cognoſcere de crimine: & idem dicit Salicetus in l. ea quidem.

in

in 16. col. verſic. *Decimò quarto*. C. de accu
ſation. Eſtq; communis inter Canoniſtas,
per cap. vt Inquiſitionis. §. prohibemus.
& cap. preſidentes. de hęretic. lib. 6. Licèt
idem Angel. in l. magiſtratibus ff. de iuriſ
dict. omn. iud. dicat, quòd olim erat con-
trarium de iure dicendum. In confirma-
tionē tamen cōmunis ſententiæ Canoni
ſtarum extat hodie conſtitutio Federici
Imperatoris, quam habent Inquiſitores
hęreticę prauitatis ſub bulla Papali in ex-
trauaganti, *Ad extirpanda*, quæ reperitur
in Bullario nouo. Ratio huius noſtræ cō-
cluſionis eſt, quia cùm hæreſis ſit crimen
merè eccleſiaſticum, non poteſt magiſtra
tus ciuilis de eo, neq; directè, neq; indire-
ctè, neq; principaliter, neque incidenter
cognoſcere, ſed ſolùm tenetur exequi ſen
tentiā, cùm ſit purus, nudus, merusq; exe-
cutor, ex d. cap. vt Inquiſitionis. §. prohi-
bemus. de hæretic. lib. 6. cuius verba ſunt:
*Prohibemus quoq; diſtrictiùs poteſtatibus,
Dominis temporalibus & Rectoribus, eo-*

*rundem*



*rundemq; officialibus ſupradictis, ne ipſi de
hoc crimine (cum merè ſit eccleſiaſticū) quo-
quo modo cognoſcant, vel iudicent*, &c. Vbi
obſeruanda eſt particula illa, *Quoquo mo-
dò*, quę idem ſonat quòd principaliter, vel
incidēter, vt ibi interpretatur gloſ. Quaſi
dicat Bonifacius VIII. cuius eſt caput il-
lud, Prohibemus ciuilibus magiſtratibus,
& alijs poteſtatibus, & Dominis tempora
libus, ne de crimine hęreſis, cum ſit merè
eccleſiaſticum, principaliter, vel inciden-
ter cognoſcant: atq; hanc interpretatio-
nē ſequitur D. Thom. 1. part. q. 95. arti. 1.
Soto de iuſtitia & iure libr. 2. in princ. Si-
man. in Cathol. inſtitution. tit. 9. nu. 36. &
45. Bernard. Diaz in praxi crimin. c. 114.
nouioris impreſsionis. Theſaurus Chri-
ſtianæ religionis, cap. 19. Iulius Clarus. §.
hæreſis. num. 14. Rolandus conſil. 20. vo-
lumin. 3. Iacobus Sahagum Villaſante, iu-
ris Pontificij apud Salmitenceſes Prima-
rius Doctor, in cap. decernimus. nu. 74.
de iudicijs. Maſſuerus in cap. vt Inquiſi-

tionis.

tionis.§.prohibemus.de hæret.lib.6. Nauarrus in cap.nouit.notab.6. nu.44. Couarruuias in pract.quæſt.cap.33.num.35. in fine.

Sed quid? nōne ſemper in Eccleſia Catholica cauſarum merè eccleſiaſticarum cognitio interdicta fuit Imperatoribus, Regibus, & alijs ciuilibus magiſtratibus? Fuit quidem vel teſte Athanaſio in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, vbi loquens de Imperatore Conſtantio Arriano, qui aliquod iudiciū in cauſis eccleſiaſticis ſibi vſurpabat, dicere ſolebat: *Quis videns eum in decernendo Principem ſe facere Epiſcoporum, & præſidere iudicijs eccleſiaſticis, non meritò dicat, illam ipſam abominationē deſolationis eſſe, quæ à Daniele prædicta eſt.* Sulpicius lib.2. ſacræ hiſtoriæ refert, ſanctum Martinū Maximo Imperatori aliquādo dixiſſe, *Nouum eſſe & inauditum nefas, quòd cauſam Eccleſiæ iudex ſeculi iudicaret.* Vnde quamplures Imperatores ab huiuſmodi eccleſiaſticarum cauſarum





ſarum cognitione ſe voluntariè abſtinuerunt. Aurelianus namq; Imperator, cùm quæſtio verteretur inter Catholicos, & Paulum Samoſatenum hæreticum de domo Eccleſię, Imperator, licèt Gentilis, reſpondit & iuſsit illi dare Eccleſiā, cui ſcriberet Epiſcopus Romanus: nimirùm edoctus à ſuis, Epiſcopū Romanū eſſe iudicē eccleſiaſticarū cauſarū: ita ſcribit Euſeb. lib.7.hiſto.cap.26. Theodoſius Iunior in epiſtola ad Synodum Epheſinam, quam etiam citat Nicolaus I. in epiſtola ad Michaelem: *Illicitum* (inquit) *namq; eſt eum, qui non ſit ex ordine ſanctiſsimorum Epiſcoporum, eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.* Idem reſcripſit Conſtantinus teſte Euſebio lib.3.de vita Conſtantini, Ambroſio epiſt.32. & Auguſt.epiſt.162. & Martianus Imperator.l.nemo. C. de ſumma Trinit. & fide Catholic. Idem Valentinianus Senior, de quo Sozomenus lib.6.hiſtor.cap.7. & Imperator Baſilius in 8. Synodo ſic loquitur: *De vobis autem* (inquit) *laicis,*

*tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè verſamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari. Hæc enim inueſtigare & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi, & ligandi poteſtatem habent, qui eccleſiaſticas adepti ſunt claues: non noſtrum qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamento ſolui egemus.* Denique de Theodorico Gothorum Rege, etſi Arriano, in quarta Synodo Romana ſub Symmacho Papa ſic legimus: *Ad hoc sereniſſimus Rex taliter, Deo aſpirante, reſpondit, in Synodali eſſe arbitrio, in tanto negotio ſequenda præſcribere, neque aliquid ad ſe præter reuerentiam de eccleſiaſticis negotijs pertinere.* Ideò Imperatores Archadius & Honorius. l. 1. Codicis Theodoſiani. de religi. *Quoties* (inquiunt) *de religione agitur, Epiſcopos conuenit agitare: cæteras verò cauſas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.*



Cauſarum igitur eccleſiaſticarum cognitio non ciuilis, ſed potius eccleſiaſtici magiſtratus ſemper fuit. Quod etiam teſtatur Damaſus in epiſtol. 3. ad Stephanum, Innocentius Primus in epiſtola ad Concilia Carthaginenſe, & Mileuitanum, quæ ſunt apud Diuum Auguſtinum. 91. & 93. Leo Primus in epiſtola ad Anaſtaſium Imperatorem, & in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, Gregorius libro 4. epiſtola 52. ad Epiſcopos Galliæ. Quod ita intelligendum exiſtimamus, vt neq; principaliter, neque incidenter, de re eccleſiaſtica cognoſcere poſsit iudex ſecularis, ex cap. decernimus, de iudicijs. ex textu celebri in cap. tuam. de ordin. cognition. vbi cauſa legitimitatis incidēter occurrit coram Rege Franciæ cognoſcēte de cauſa feudi & hæreditatis, incidētem tamen

natiuitatis exceptionem ad Pontificẽ Maximum remiſit, & Põtifex poſteà in regno ſuccedenti inhibuit. Textus etiam in cap.lator.qui filij ſint legitimi.gloſ.fin. in dict.cap.tuam.& communis ibi, pro qua citat multos Couarruuias in pract.quæſt. c.18.à nu.7. Auenda.2.part.cap.27.nu.5. Iulius Clarus lib.5. §.fin.q.38. Rolan.conſil.75.volum.1.

Vt igitur ad propoſitum inſtitutũ noſtra conuertatur oratio,quotieſcunq; patres fidei, vel hęreticæ prauitatis Inquiſitores,hæreticum hominẽ animaduerſione debita puniendum tradunt ciuili magiſtratui,iuxta textum in cap.Præſidẽtes. de hæreticis. lib.6.nõ poteſt præfatus magiſtratus petere vt fiat ſibi fides de proceſſu, vel de iuſtitia ſententiæ, neque inquirere,aut diſcutere, an benè, vel malè fuerit iudicatus reus: ſed tenetur talẽ ſibi relictum ſtatim punire, & ſtare actis iudicis eccleſiaſtici; quia hæc remiſsio fit tanquã de ſuperiori ad inferiorẽ.Vnde inferior ſolùm



ſolùm habet exequi de crimine. Hæc autem noſtra concluſio locum habet, non ſolùm in crimine hæreſis,ſed etiã in quolibet crimine merè eccleſiaſtico,veluti ſymonia,& alijs ſimilibus,in quibus militat eadem ratio, quæ in crimine hæreſis, & per conſequẽs idem ius.l.illud.ad l.Aquiliam.l.1.§.1.de fonte.ita tenent Panorm. cap.1. de offic.ordin.col.4.Decius in d.l. magiſtratibꝰ.col.fin.n.13.ff.de iuriſd. omniũ iud.& iterum in cap.at ſi clerici.col. 7.in princ.verſic. *Sed hoc idem eſſet.* extra de iudic.& Anton.de Butrio in d.c.1. de offic.ordin.

IIII. CONCLVSIO.

*Quotieſcumque reus remittitur condemnatus iuſtè pœna ſufficienti pro crimine mixti fori, veluti ſacrilegij,adulterij,cõcubinatus, & cæteris huiuſmodi, neque eccleſiaſticus tenetur facere fidem de proceſſu, neque ſecularis petere vt ſibi fiat: ſed tenetur exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici,abſq; cauſa cognitione.*

HAEC

HAEC eſt Abbatis in cap.1. de officio ordinar.num.12. Decij in l. magiſtratibus.num.13. de iuriſd.omn. iudic. Innocent.in d.c.1. de offic.ordinar. Bart. vt ex eius dictis ſatis apertè colligitur, in d.l. magiſtratibus.ff. de iuriſd.omn. iudic. cuius eſt reſolutio: Quotieſcũq; remiſsio fit ad exequendam pœnam inflictam à iudice eccleſiaſtico, tũc exequatur iudex ſecularis (inquit Bartolus) abſq; eo quòd denuò cognoſcat, vel ei fiat fides de proceſſu. Si verò remiſsio fiat ſeculari ad diuerſam penã, vel nouam infligendam, tunc denuò cognoſcat, cùm iudicio ſuo ſit pœna infligenda: quę eſt communis, & legitima interpretatio. §. ſi verò crimen. vt ſupra vidimus in 21. fundamento.

Probatur in primis hæc concluſio ex his, quæ propoſita ſunt fundamento 16. vbi de ſententijs Epiſcoporum ſermonem fecimus. Tùm etiã quia de iure præſumitur pro ſententia iudicis, quę tranſiuit in rem iudicatam, vt in c. in pręſentia. de



de renuntiatione. & text. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euiction. eo quòd præſumitur iure factum, quod iudex fecit. l. 2. C. de offic. ciui. iudic. Quæ maiorẽ ſibi vendicant locum in Epiſcoporum ſententijs: cùm ſint homines ſacroſancti, vt ait Imperator Cõſtantinus l.1. Cod. Theodo. de Epiſcop. iud. & ſacrorum Canonũ cuſtodes. c. cum quibus, & ſequent. 24. q. 3. Pręterea quia ſi de iure pręſumitur, quòd vbi iudicis decretum interuenit, interuenerunt ea quæ de iure requiruntur, vt pluribus oſtendit Alex. in 1. vol. conſ. 125. in 5. col. & in 2. vol. conſ. 22. & conſil. 85. in 4. col. & notatur in c. cum inter. & c. ſicut. de re iudic. maiori ratione id præſumendum eſt in Decretis, ſiue ſentẽtijs Epiſcoporũ, propter rationẽ ſupradictam. Tùm etiam per ea quę allegat Alber. de Roſat. in l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. audien. His omnibus accedit, ꝙ in criminibus mixtis, quorum cognitionem vtriq; iudici competere certum eſt, illius iudicis iuriſdictio attendi-

attenditur, qui eam præoccupauit: argumento l.1.ff.de offic. Conſul. atque ad id text.in l.ſi quis poſteà.&in l.vbi acceptũ. ff.de iudic.*Quo fit* (inquit Redin loco in princ.allegat.num.156.)*vt ſi Eccleſiaſticus cognouerit, & iudicauerit: ac, vt faciliùs exequi valeat, eam iudici ſeculari cõmittẽdam duxerit, is iudex ſecularis eam exequi teneatur*. Hactenus ille.Pro cuius ſententia facit,quòd in executione iuſtitiæ inferior videtur iudex ſecularis. Canon.Princeps.& Can.adminiſtratores.23.q.5.Deniq; probatur ratione: quia ſecularis ideò petit, vt ſibi fiat fides de proceſſu, vt videat, & ex meritis proceſſus ſibi conſtet, an ſententia lata per iudicem eccleſiaſticum, ſit iuſta, vel iniuſta, & an teneatur illam executioni mandare, nec ne. Sed de iure præſumitur ſententiam illam eſſe iuſtam: quia fuit lata à iudice competenti, & legitimo, ſeruato ordine iuris, cum omnibus alijs de iure requiſitis:ergo tenetur iudex ſecularis illam executioni mãdare,

tanquam



tanquam iuſtam, ſaltem ex præſumptione iuris. Dum igitur non probatur, ſentẽtiam iudicis eccleſiaſtici eſſe iniuſtam, vel nullam, tenetur ſecularis illã exequi, abſque eo quòd ei fiat fides de proceſſu. Et ſi fortè Epiſcopus verbo, aut ſcripto dixerit, ſententiam, quam tulit, eſſe iuſtam, tenetur ſecularis fidem habere ſimplici dicto Epiſcopi, cui creditur ſine iuramento etiã in foro ſeculari, teſtimonio Abbatis, & Felini eodem cap. nuper. de teſtibus: non tanquam teſti, cui non creditur ſine iuramento. c. nuper nobis. de teſtib. etiamſi Cardinalatus dignitate fulgeat, vt tradit gloſ.in cap. cùm olim. verb. *Fratrum*. de priuilegijs. ſed tanquam Pontifici in tanta, & tam ſancta dignitate conſtituto: ſicut creditur Cardinali non iuranti, ſed aliquid ſimpliciter aſſerenti, etiam in grauioribus negotijs, vt ſi Sedis Apoſtolicę legatum ſe eſſe dixerit, teſtimonio Ioan. Andr. ad cap. Apoſtolicæ, in verbo, *Proponi*. de re iudic. lib. 6. Bald. ad c. cùm

S in

in iure. de offic. delegati. Abb. in conſ. 18. in 2. vol. gloſ. in Extrauag. execrabilis. de præbend. Bart. ad l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10.

Neque huic noſtræ concluſioni aduerſatur, quòd ſecularis iuriſdictio ſit prorſus ſeiuncta & ſeparata à iuriſdictione eccleſiaſtica. Can. 10. & ſequent. diſtin. 96. Neque quòd reus ratione mixti criminis offendiſſe videatur duas perſonas, ſcilicet iudicem eccleſiaſticum, & ſecularē. Bald. in l. placet. col. vltim. C. de ſacroſanct. eccleſ. Hæc inquam, minimè aduerſantur, quia ſolummodò locum habent, & procedunt, quotieſcūq; reus pro qualitate criminis non fuerit ſufficiētèr mulctatus? Si tamē fuit ſufficienter punitus: non poteſt iterùm pœnis affici, vt Couarru. lib. 2. variar. reſolut. c. 10. nu. 6. eleganter, ſicut cętera ſolet, adnotauit. Quare iure optimo cautum eſt, cap. de his. de accuſatio. ne de his criminibus, de quibus ſit quis abſolutus, poſsit accuſatio replicari. Quia de delicto



licto vnius hominis ſæpiùs quæri non debet. l. licet. §. vltimo. ff. naut. caup. & Can. veniam. 35. q. 9.

Neque obeſt, quod cõmuniter docent Doctores, nimirùm abſolutum à crimine in foro eccleſiaſtico, poſſe iterum conueniri in foro ſeculari, vt latè probat Petrus de Ancharrano in cap. ea quæ. de regulis iur. lib. 6. Anton. de Butrio, & Panormit. in cap. 1. de offic. ordinar. & Ioannes Anan. in cap. 2. de adulterijs. quia hoc intelligitur de abſoluto in foro interiori, vel pœnitentiali Eccleſiæ, non autem de abſoluto iudicialiter, & in foro exteriori iudicis, ſiue magiſtratus eccleſiaſtici: quia vt optimè Baldus dixit in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. abſolutio facta ab Eccleſia, non intelligitur in pręiudicium fori ſecularis. Et hoc modo intelligenda eſt opinio gloſſæ in dict. cap. de his. de accuſationib. & Doctorum ibidem, aſſerentium, punitum in foro pœnitentiali, poſſe iterū accuſari, & puniri in foro iudiciali:

quod extẽdunt Panorm. Mari. & Franc. etiamſi reo impoſita eſſet pœnitentia publica. Quorum ſententia intelligenda eſt de abſoluto pœnitentialiter, nõ autem iudicialiter, vel de abſoluto iudicialiter, non tamen ſuficienter.

## V. CONCLVSIO.

*In criminibus mixti fori, quotieſcunq; reus non remittitur condemnatus, ſed condemnãdus, poteſt, imò tenetur ſecularis iudex petere, vt ſibi fiat fides de proceſſu: quam ſi eccleſiaſticus facere noluerit, ſuum auxilium non tenetur, nec debet impartire.*

HAEC Eſt etiam Bart. in d. l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in l. Diuus. & l. non dubium. ff. de cuſtodia reorum. Abb. Anton. de Butrio, Abbatis Siculi in cap. 1. de offic. ordinarij, Decij in dict. l. magiſtratibus. nu. 13. & Baldi ſibi contrarij in Auth. clericus. C. de



C. de Epiſcop. & cleric. col. fin. & aliorũ, qui ipſam tuentur, ex §. ſi verò crimen in Authen. de ſanctiſsim. Epiſcop. collat. 9. in illis verbis: *Et tunc* (id eſt, poſt degradationem) *competens iudex hunc comprehendat, & ſecundum leges litem examinas, cauſæ finem imponat.* Sed non poteſt magiſtratus ſecularis cauſam ſecundùm leges examinare, & ei finem imponere, niſi priùs ei fiat fides de proceſſu: ergo tenetur eccleſiaſticus illam facere. Si autem contra fecerit, non tenebitur magiſtratus ciuilis ſuum auxilium impartire. Ratio huius cõcluſionis eſt: nam ſicut exigitur in iudice ſciẽtia iuris, quæ petẽda ex eſt legibus, ita & ſcientia facti, quæ ſumenda eſt à teſtibus: ſed hanc non poteſt habere ſecularis, abſq; eo quòd ei fiat fides de proceſſu: ergo ad condemnandum reum ab eccleſiaſtico remiſſum poteſt & tenetur ſecularis petere vt ſibi fiat fides de proceſſu. Præterea iudex tenetur iudicare ſecũdùm leges, & iura. Can. iudicet. 3. q. 7. & ſecundũ leges,

allegata, & probata, ſiue ex fide eorum; quæ probantur in iudicio. l. illicitas. §. veritas.ff.de officio præſidis.& l.nouam. C. de iudicijs. & l.penultima. ff. de probationib.& cap.1.iuncto cap.laudabilem. de frigidis, & maleficiatis. ergo tenetur ſecularis videre acta, ſiue allegata, & probata coram iudice eccleſiaſtico, & petere vt ſibi fiat fides de proceſſu, vel de nouo cauſam inchoare. Denique ſi iudex viderit inſtrumenta, & probationes extra iudicium, & certiſsimè ſciat omnia quæ in illis continentur, non poteſt ſecundùm illas iudicare, niſi priùs ei exhibeantur in iudicio. l.adoptio. ff. de adoptionib.& cap. accepimus. & cap. contingit.de fide inſtrumentorum.ergo ſemper requiritur in iudice ad iudicandum, vt habeat notitiam iuridicam de proceſſu, quã non poteſt habere, niſi prius petat; & ei fiat fides de ipſo proceſſu. Abſurdũ enim maximum eſſet, iudicem ſecularem condemnare verberibus, exilio, aut vltimo ſupplicio,



ſupplicio, quem nunquam nouit iuridicè nocentem.

## VI. CONCLVSIO.

*Si eccleſiaſticus implorauerit auxiliũ ſecularis pro executione ſententiæ latæ in cauſa ciuili, debet magiſtratus ciuilis illud impartire, abſque eo quòd ei fiat fides de proceſſu.*

EXPLICATVR propoſita concluſio. Si eccleſiaſticus pro exequutione ſententiæ latæ in cauſa ciuili, à qua non fuit appellatum, vel ſi fuit, non fuit admiſſa appellatio, & à non admiſſione non fuit appellatum, prout requiritur de iure, ſecundùm Cardinalem Florẽtinum in cap.paſtoralis.de offic.deleg. & in Clemen.1.de dolo & contumac. Si (inquam) eccleſiaſticus pro executione dictæ ſententiæ brachij ſecularis auxilium implorauerit, tenetur iudex ſecularis illud impartire, abſq; eo ꝙ ei fiat fides de proceſſu: dũmodò eccleſiaſticus fecerit priùs quicquid

quicquid potuit, excommunicando, & interdicendo pro ſuæ ſentẽtiæ executione, & illam non potuit executioni mandare: quod ſi ſecus actum fuerit, non tenetur, ſecularis ſuum auxilium impartire. Ita tenet Oldradus conſil.89.in prin. *Epiſcopus inuocat brachium ſeculare.* Item Bald.in l. 1.C. de ijs qui latron.occulta.per illũ text. notat ibi, & probat text.in cap.2. verb. *Si neceſſe fuerit.* de maledic. & hoc tenẽt cõmuniter Doctores: atque in hoc ſenſu (ni fallor) intelliguntur illa iura, quæ dicunt, quòd Princeps ſecularis tenetur præſtare auxilium, ſeu brachium ſuum ad requiſitionem eccleſiaſtici magiſtratus, pro executione ſuæ ſententiæ: vt in c. cùm ad verùm. diſt.96. & c. quoniam. de offic. ordi. cap. & princeps ſeculi.23.q.5. & ſic intelligitur Innoc.in d.c.1. de offic. ordin. & firmant Alexan.in 4.volum.conſ.130.incip. *In cauſa Strazarolum.* in 1.col.verſic. *Prætereà adduco.* & Petrus de Anchar. in regul. ea quæ.in 10.q.lib.6.

VII. CON-



## VII. CONCLVSIO.

*Si iudex ſecularis implorauerit auxiliũ eccleſiaſtici contra rebelles, tenetur eccleſiaſticus iudex ſuum auxilium impartire, & iuuare ſecularem mucrone Eccleſiæ, & alijs eccleſiaſticis cenſuris, ſi opus fuerit.*

SICVT enim gladius materialis eſt in auxilium gladij ſpiritualis, vt notatur in cap. cùm non ab homine. de iudic. & notat Archidiac. in Can. adminiſtratores.23.q.5. & cap. dilecto. de ſent. excommunic.lib.6. & Innocen. poſt gloſ. in cap.1. de offic. ordinar. & notatur in l. Epiſcopale. per Alberic. de Roſat. C. de Epiſcop. audien. ſimiliter gladius ſpiritualis eſt in auxilium gladij materialis, vt tradit Innocent. ibidem, & Hoſtien. in ſumma, de treug. & pace. §. quid ſit iuſtum bellum. verſic. *Si ergo Dominus.* & patet in d. cap. dilecto. de ſentent. excommun. Cùm igitur mundus regatur, & gubernetur autoritate


toritate

toritate ſacra Pontificum, & Regia poteſtate Regum, & Imperatorum, vt teſtatur Gelaſius Papa in epiſtola ad Anaſtaſium, quæ habetur in Can. duo ſunt. diſt. 96. & res omnes tutæ eſſe nõ poſſunt, niſi eas Regia, & Sacerdotalis defendat autoritas, vt ait Leo Papa, & habetur cap. res omnes. 23. q. 5. tenentur hæ duæ poteſtates ſe mutuò iuuare, vt tradit Innocent. in cap. 1. de offic. ordinar. quem omnes communiter ſequũtur: iuxta text. Authen. ſed hodie. C. ad l. Iuliam de adulter. & facit text. in cap. dilecto. de ſentent. excom. in 6. & tradit Socin. in cap. cùm ſit generale, de foro comp. num. 24. Eſt tamen differentia maxima (inquit Innoc. ibi) inter iudicem eccleſiaſticũ & ſecularẽ, ꝙ ſecularis tenetur iuuare eccleſiaſticũ, nõ oſtenſa illi iuſtitia ſentẽtiæ (quod quomodo ſit intelligendum, dictum eſt ſupra in 3. & 4. concluſione) At verò eccleſiaſticus nõ tenetur ſuis cenſuris iuuare ſecularem, niſi præmiſſa prius canonica monitione, ſecũ dùm



dùm eundem Innoc. & monita priùs, & audita parte, vt ſi quid allegare voluerit, ſecundũ Imol. ibidem col. 5. De ſententia igitur Innoc. in d. c. 1. de offi. ordin. nõ tenetur iudex eccleſiaſticus iuuare ſecularẽ mucrone eccleſiaſtico contra rebelles & inobedientes, niſi priùs ei fiat fides de rebellione, vel inobedientia, per proceſſum legitimè factum. Quam ſententiam communẽ iudico, ex Decio in c. at ſi clerici. de iudic. & Thoma Grammat. in conſil. criminali. 42. nu. 1. & Viuio in lib. cõm. opi. verb. *Iudex laicus*. & Auiles in cap. Prætorũ, c. 20. nu. 20. quos citat & ſequitur Suarez de Paz in praxi, tom. 2. in prooem. nu. 6. vbi dicit in praxi obſeruari, quòd acta coram magiſtratu ciuili, extrahãtur à protocolo tabellionis ſecularis, & producantur coram eccleſiaſtico iudice ad eius inſtructionem in cauſa: atq; ita faciendum eſſe aſſerit conſuluiſſe Bernard. Diaz in pract. criminali canonica, cap. 116. & pro hoc faciũt omnia illa quæ ſcripſit Andr.

 de

de Iſern. in cap. 1. quo tempore miles. & in cap. 1. de feud. ſine culpa non amitten. Eſt & aliud diſcrimen, quòd eccleſiaſticus compellere poteſt ſecularem cenſuris ad exhibendum ſibi auxilium. c. 2. de maled. at verò ſecularis cōpellere non poteſt eccleſiaſticum: ſed eius ſuperiorem adire tenetur, atque ab eo humiliter petere, vt iudicem eccleſiaſticum inferiorē cogat ad præſtandum ſibi auxilium pro ſuæ ſentētiæ executione, ſecūdùm Innoc. Panorm. & Alciat. nu. 26. & nu. 123. in c. 1. de offi. ordin.

## VIII. CONCLVSIO.

*Enumerantur caſus, in quibus non tenetur iudex ſecularis ſuum auxiliū impartiri iudici eccleſiaſtico petenti: quorum primus eſt, quando ſententia eſt iure nulla.*

### PRIMVS CASVS.

EXCEPTIO enim nullitatis impedit ſententiæ executionem, vt cōmuniter tenent Doctores ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & c. cùm in iure. poſt Innoc. de offic. delegat. & in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. Atque ad hoc allegat quamplures cōcordantias Alexand. in d. §. cōdemnatum. in 2. colum. Ratio huius rei eſt, quia ſententia nulla, non eſt appellanda ſentētia, neq; parit effectus ſententiæ, dict. §. condemnatum, vnde ſicut iuris caret effectu, ſic & autoritate, & nomine rei iudicatæ carere debet: nec nomen ſententiæ meretur habere. Clement. Paſtoralis. §. vt igitur. eod. titul. & licet executor non poſſit cognoſcere de iuſtitia vel iniuſtitia ſentētiæ, poteſt tamen de nullitate, vt gloſ. in c. Paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg. quā ad id notat Imol. ibid. num. 4. & Panormitan. col. 2. cum communi hoc tenet, & ab omnibus eſſe receptum teſtatur Felin. in cap. de cætero. column. 1. de re iudicat. idem in l. ab exequutione. C. quor. appell. nō recip. vbi dicitur, quòd exequutor ſententiæ poteſt cognoſcere de exceptione nullita-

nullitatis ſententiæ oppoſita coram eo.

Idem erit iudicium, ſi opponatur quòd ſententia fuit lata prætextu falſi inſtrumenti, vel prætextu falſorum teſtium, vt in l.ſi prætor.§.1.ff.de iudicijs.& habetur in cap.ſuper literis.de reſcript. Quod intelligẽdum eſt eo modo quo exponit Bartol.in l.à Diuo Pio.in princip. ff. de re iudicat.ſcilicet, quòd ſi executor ſententiæ ſit iudex ordinarius, qui in alijs cauſis dicitur mixtus exequutor, iſte poteſt de iſtis nullitatibus allegatis cognoſcere, non vt pronuntiet, ſententiam exequendam nõ eſſe, ſed vt ſuperſedeat in executione, & remittat ad iudicem primũ ordinarium, qui protulit ſententiam, per text.ibi,& in l.ſi prætor.in princ.& in §. Marcellus. ff. de iudic.& hoc tenẽt Innocẽt,& alij in c. de cætero.de re iudicata.

Si verò eſſet merus executor ſententiæ latæ, iſte nullam habet cauſæ cognitionem; neque tenetur admittere dictas exceptiones nullitatis contra ſententiam

latam.



latam. Et ſic loquitur dicta lex ab executione, & voluit Baldus in l. etſi non cognitio.C.ſi cont.ius, vel vti.pub. & Cardinal.Florentin.in cap.Paſtoralis.§.qui a verò.de officio delegat. & in Clement.1.§.penultimo.in 5.quęſt.de foro competen. & Innocent.in cap.cùm olim. de priuilegijs.& Angelus in l.ſi vt proponis. C. de execut.rei iudic.

## SECVNDVS CASVS.

*Si petatur auxilium pro exequutione ſententiæ iniuſtæ.*

RATIO eſt, quia iniuſto mandato iudicis eccleſiaſtici non eſt parẽdum. Can.qui reſiſtit.11.q.3.& Cano.Iulianus.& Can.ſi is qui pręeſt.ead.q.3.Pro quo facit c.de cætero.1.q.5. cum ſequent.& text.in d.c.1.de offic.ordin. Nec cõtra iura obediendũ eſt iudici eccleſiaſtico, vt notatur in c.ſi quãdo.de reſcrip. & quę cõtra ius fiũt, debẽt haberi ꝓ infectis.

l.non

l.non dubium. C. de legib. paria quidem ſunt non eſſe, vel eſſe nulliter: ſicut enim leges iniuſtæ non ſunt dicendæ leges, neque obligant in cõſciētia, teſte Auguſtino lib.1.de arbitr.cap.5. ſimiliter ſententia iniuſta ex natura rei, non eſt ſentētia, neque obligat in conſcientia. Quòd non ſit ſententia, docet in primis D. Thomas 2.2.q.70.art.4. vbi aſſerit, iudicium iniuſtum, non eſſe iudicium. Idem docēt Caietanus vbi ſupra, D. Thomas opuſcul.72. q.13.ad 2.& Soto lib.3.de iuſtit.& iure. q. 4.artic.5.& in 4.diſtin.22.q.1.artic.3.concluſ.4. Ratio huius rei eſt, quia cum iuſtitia reſpiciat medium rei, teſte Ariſtot. 2. Ethicor.cap.6.& eodem D. Thom.2.2.q. 58.artic.10.illa ſententia, quæ eſt contra medium rei, erit iniuſta. Quòd autem nō obliget in conſcientia, patet ex eodem D. Thoma.2.2.q.60.arti.1.& probatur, quia ſentētia iudicis, ſiue iudiciū, eatenùs obligat in conſcientia, quatenus habet iudicij rationem, hoc eſt, quatenus eſt determi-

natio



natio iuris, ac diffinitio iuſti (in hoc enim cōſiſtit ratio iudicij.) Iudicium autem iniuſtum nō eſt iuris determinatio, nec diffinitio iuſti, igitur non obligat in conſciētia. Neq; ab hac Theologorum ſententia abhorrent Iuriſprudentię ſapiētes, qui in c. quia pleriq;. de immunit. Eccleſiarum, illam acerrimè tuentur. licèt alio atq; alio fundamēto innixi: Iuriſperiti enim, cùm potiſsimùm reſpiciant forum exterius, eā tantùm ſententiam iudicant iniuſtam, & etiam nullam, quę manifeſtum & intolerabilem continet errorem. Theologi verò, cùm potiſsimè attendant forum interius, omnē illam ſententiā prorſus iudicāt nullā, quæ aduerſatur iuſtitię à parte rei.

*De expoſitione quorundam verborum Innocentij Papæ III. in cap. Paſtoralis. §. quia verò. de officio delegat. exequutorem (ſcilicet) teneri exequi ſententiam quam ſcit eſſe iniuſtam.*

V QVO-

QVONIAM Hæc Innocen. ſententia aduerſari videtur ijs, quæ modò diximus: ex ea enim ſequi videtur, nõ eſſe Regis, vel magiſtratus ciuilis cognoſcere, an ſententia iudicis eccleſiaſtici ſit iuſta, nec ne? placuit Innocentij verba exponere, atq; legitimo ſenſu interpretari. Et dico primò, intelligenda eſſe, quando exequutor ſcit ſciẽtia priuata, non autem publica, ſententiam iudicis eccleſiaſtici eſſe nullam. Scientia enim priuata nihil obeſt, quo minus ſentẽtia lata in iudicio exequutioni mandetur: ſicut enim ad iudicandum neceſſaria eſt ſcientia publica & iudicialis. l. adoptio. ff. de adoption. & cap. accepimus. & cap. contingit. de fide inſtrum. ita ſimiliter ad repellendum iudicium, ne exequutioni mãdetur, neceſſaria eſt eadem ſcientia. Vel ſecundò dico, quòd licet executor nõ poſſit cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, poteſt tamen de nullitate, vt gloſ. ipſius. §. ait. poſt prin. quam communiter





niter eſſe receptam teſtatur Felin. in cap. de cætero. col. 1. de re iudic. Vel dico tertiò, quòd ille. §. quia verò. loquitur de executore: iudex verò à quo petitur auxilium à iudice eccleſiaſtico, non eſt ipſius executor, ſed par eius, ſecundùm Innocentium ab omnibus receptum in cap. 1. de officio ordin. Eſt autẽ vulgata iuris regula, quòd par in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. l. nam & magiſtratus. ff. de arbitr. & cap. innotuit. de electione. Par (inquam) quo ad hoc, quamuis ſimpliciter eccleſiaſticus ſit maior, ſecundùm Imol. in d. c. 1. de offic. ordinar. nu. 16. & ſecundùm Gregorium Nazianzenũ in oratione ad ſuos ciues timore perculſos, & Imperatorẽ iraſcentẽ. *Num vocẽ* (inquit Imperatores alloquẽs) *ſuſcipitis liberam? & quòd lex Chriſti vos meæ poteſtati, meoq; ſubiecit tribunali? Imperamus enim & ipſi, addo, & imperio maiori, & perfectiori. Suſcipe igitur vocẽ liberiorem, ſcito te ouem eſſe gregis mei.* Quamuis

verius videatur, neq; quo ad hoc eſſe omninò parem, ſed quodammodo. Vel dico quartò, quòd loquitur prædictus. §. de mãdato facto cum cauſæ cognitione, & ſententia præcedente, cum pœna in ea appoſita, vt clarè colligitur ex illis verbis, Exequutio ſententię ordinario demandetur: & ita intelligit gloſ. 1. in verſic. *Item nota.*

## TERTIVS CASVS.

*Quando reus, qui prætendens ſe exemptum, appellauit.*

NON tenetur ſecularis iudex ſuum brachiũ impartire iudici eccleſiaſtico contra illũ, qui prętendens ſe exemptum, appellauit ab Epiſcopi viſitatione ex cauſa probabili: ita tenent Ioan. Andr. Anton. Card. Panorm. & Imol. in illo cap. 1. de offi. ordi. Tamen abſolui nõ debet ad cautelam, niſi aliqualiter probata priùs exemptione, ſecundùm Innocentium ad cap. ſolet. de ſentent. excõmunic. lib.



lib. 6. quẽ ſequitur Rota deciſ. 234. *Si Rector.* & 308. *Si quis.* quę in nouè rubricatis eſt. 6. de ſentent. excom. & Domin. quem ſequitur Peruſi. num. 10. in d. c. ſolet.

## QVARTVS CASVS.

*Quando à ſententia interloquutoria eſt appellatum.*

IVDEX ſecularis non tenetur ſuum auxilium impartire ad exequendã etiã ſentẽtiam interloquutoriam, à qua eſt appellatum in forma, & tempore debitis, niſi fortè per proceſſum, vel ſaltem aliunde oſtenderetur, appellãdi cauſam eſſe falſam. Vbi obſeruare oportet, quòd appellatio ab interloquutoria, requirit pro forma, quòd cauſa appellationis expreſsè, & nominatim exprimatur. cap. 1. de appell. in 6. & non ſufficit quòd exprimatur per relationẽ ad acta: vt ſi dicatur: Allego omnes cauſas, de quibus in actis: ita tenẽt Alexan. & alij ad l. 1. ff. de liber. & poſthum. ad

ad l.vbi.§.illud. ff.de verbor.obligatio.& conſ.80.*Viſo*,col.4.lib.1.

## QVINTVS CASVS.

*Quando mandatum extraiudiciale Epiſcopi fuerit iniuſtum, & nullum.*

SECVLARIS iudex non tenetur obedire iudici eccleſiaſtico, quando mandat ei extraiudicialiter aliquid, quod ipſe ſcit eſſe iniuſtum:ita Innocent. in illo c.1.de offic.ordin. receptus ab omnibus: præſertim à Cardinali, Panormit. & Imol.Et ſimiliter ei parere non debet, quando ſcit actum eſſe nullum: tùm quia actus nullus nullam parit actionem, neq; perpetuat iuriſdictionem, gloſſa ad cap. complures.de officio delegat. lib. 6.Tùm etiam,quia actus extraiudicialiter nullus, non dicitur actus.l.ſicut.ff.de oper.libertor.& l.non dubium.C.de legib.ſicut teſtamentum nullum,abuſiuè dicitur teſtamentum.l.2.§.1.ff. quemadmodum teſt. aper.



aper. Si ergo eccleſiaſticus proceſsit extraiudicialiter,& pro executione ſententiæ implorauit auxilium magiſtratus ciuilis,tunc poteſt & debet ſecularis iudex videre acta coram iudice eccleſiaſtico facta: quòd ſi reperiat, iudicem eccleſiaſticum perperā proceſsiſſe, maximè grauando partem, non tenetur, imò non debet ſuum præſtare auxilium, maximè ſi erat caſus,vbi ordo iuris erat ſeruandus, & nō fuit ſeruatus: hoc enim vitio maximè laborant Epiſcopi merè Theologi, & qui nulla callent iuriſperitia: præſertim quando non iuxta allegata, & probata, ſed ex arbitratu ſuo iura pronuntiant, contra id quod expreſsè habetur Cano.iudicet.3.q. 7.in illis verbis: *Bonus iudex nihil ex arbitratu ſuo facit, ſed iuxta leges, & iura pronuntiat.*

Tenētur igitur Epiſcopi aſſeſſores vel vicarios habere in iure peritos,Deū Opt. Max.timentes,bonæ indolis, & timoratę conſcientiæ, quorū conſilio cauſas diſcutiant,

tiant, lites dirimant, & ſententias ferant. Sũt enim (proh dolor) quidam aduocati, & aſſeſſores, teſte Alberic. de Roſat. in l. ab Anaſtaſio. C. mandati. cauilloſi, aſtuti, inuenientes argumenta contra legis intẽtionem, & diſpoſitionem, mẽdaces, vaniloqui, ſeductores, ad malitiam proni, omnia mala inuenientes, vt in Authen. vt hi, qui obliga. ſe habe. peri. res minorum. vltra principium, & huiuſmodi ſunt qui videre faciunt malam cauſam, bonã, vt notat gloſ. in l. quod ſi nolit. §. mãcipium. ff. de ædil. edict. & qui nec Deum timẽt, nec pœnas verentur æternas. c. cùm æterni tribunal. de re iudic. libr. 6. ſed interdum modico interueniente lucro, atq; , vt pro negotijs alienis videantur periti, perdunt animas in perpetuum. Debent igitur aduocati veraces eſſe in ſermone, iuſti in iudicio, & pleni in conſilio, & qui tales inuẽti fuerint recti, & iuſti, meliorem vitã ducunt, quàm fratres Prædicatores, vel religioſi ſecundùm Hoſtien. in ſummæ ſuæ

proœ-



prooemio, in 4. col. & de iſtorum numero tenentur Epiſcopi eligere ſibi aduocatos, quorum conſilio atque prudentia rectè, iuſtè, & laudabiliter, ſicut decet Epiſcopos, cuncta iudicent.

## SEXTVS CASVS.

*Quando à ſententia Epiſcopi fuit iuſtè appellatum.*

SECVLARIS iudex ſciens fuiſſe appellatum à ſententia iudicis eccleſiaſtici, & appellationem nõ eſſe per eum admiſſam, quæ debebat admitti, iuxta notata in cap. ſæpè. de appellatio. non tenetur nec debet ſuum auxilium imparti re iudici eccleſiaſtico, neque requiritur quòd ſententia ſit iniuſta ſecũdùm acta, ad hoc vt reus poſsit de ea appellare, ſed ſufficit quòd credatur eſſe iniuſta, & per agenda de nouo, poſsit monſtrari eſſe talem. cap. Regũ. 23. q. 5. fallit tamen, ſi ſententia lata per iudicem Eccleſiaſticum eſ-

X ſet

ſet declaratoria excommunicationis ipſo iure: puta quia iniecit manus violentas in clericum: tunc enim iudex ſecularis deberet ſtare literis Epiſcopi, per notata in c. poſt ceſsionem. de probation. Quod intelligendum eſt quoad effectum, hoc eſt quòd non obſtante appellatione, poteſt Epiſcopus denuntiare ipſum excommunicatum, vt euitetur ab alijs.

*DVBIVM.*

HIC Poſſet aliquis dubitare, ſi inſtaret Epiſcopus aduerſus ciuilem magiſtratum, vt caperet perſonaliter excõmunicatum, quia iniecit manus violentas in clericum, tenebitur nè ſecularis obedire eccleſiaſtico? Reſpõdetur, quòd oportet vt priùs iudex eccleſiaſticus oſtẽdat acta iudici ſeculari, per quæ appareat de culpa, propter quã talis clerici percuſſor eſt excõmunicatus, & tunc iudex ſecularis non credet literis Epiſcopi de culpa, ſed oportet quòd producat denuò legitimam





mam probationem de culpa, vt in c. quoniam contra. de probationib. ſecundùm Andr. Ratio huius rei eſt, quia Epiſcopus proceſsit extraordinariè, ꝑ cuius extraordinario proceſſu non præſumitur, ſicut præſumitur pro ordinario.

SEPTIMVS CASVS.

*Quando ſententia Epiſcopi continet intolerabilem errorem, quia fuit lata in non ſubditum.*

SENTENTIA magiſtratus ciuilis lata in clericũ, eſt penitus nulla ex defectu iuriſdictionis, etiãſi clericus tacuit, neq; vſus eſt fori præſcriptione, vt optimè dixerũt Socin. conſ. 12. & Petr. Auendañ. in tractat. de exequen. mandat. c. 22. nu. 2. Similiter ſententia Epiſcopi in laicum ſuper crimine merè profano, ſiue tẽporali, ſuper quo nullam habet iuriſdictionẽ, vel quia illa vſus eſt extra ſuum territoriũ (quod abſq; peccato fieri minimè potuit) teſte D. Thoma. 2. 2. q. 60. artic. 6.

vel quia fuit lata contra exemptum. Clement. ſæpè. de verbor. ſignific. eſt prorſus nulla ex defectu iuriſdictionis. Vnde exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab initio nullum ex defectu iuriſdictionis, poteſt quandocumq; , etiam poſt ſententiam, opponi, & impedit executionem illius ſententiæ, & etiam executionem trium cõformium ſententiarum, vt poſt gloſ. ad Clement. 1. de re iudic. & ad Clemen. 1. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. bis aſſeuerat Couarru. practic. quæſt. cap. 21. num. 4. & cap. 33. nu. 3. Non igitur debet ſuum auxilium impartire magiſtratus ciuilis pro executione ſententiæ latæ in laicũ ſuper crimine merè profano, cùm ſit omnino nulla ex defectu iuriſdictionis, vt dictum eſt.

Hîc obiter adnotare libet, quòd licet Epiſcopus extra ſuum territorium nõ poſſit ſuam exercere iuriſdictionem: in propria tamẽ diœceſi non ſolùm in ſubditos, verumetiam in quoſcumq; alios ſuã exercet



cet iuriſdictionem, ob id quod Abbas ad dict. cap. fin. de for. compet. & alij omnes tradunt, nempe ratione delicti, quemq; ſortiri forum. Quo caſu alterum quoque Epiſcopum comprehẽdi, nemo eſt qui dubitet, teſtimonio Abbatis ad cap. cùm inferior. de maior. & obedien. poſt quẽ tradit Felin. ad cap. prudentiam. nu. 5. de officio delegat. Epiſcopo alium Epiſcopum in ſua diœceſi delinquentẽ puniri licere.

Hîc etiam poſſet dubitatio oriri, an clerici conuicti alicuius criminis in foro ſeculari, ideò ab eorum Epiſcopis ſint condemnandi. Reſpõdeo negatiuè, vt ex reſcripto Alexandri III. ad Salernitanum Archiepiſcopum ſatis conſtat: *Si clerici* (inquit) *coram ſeculari iudice conuicti fuerint, vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo aliquatenus condemnandi: ſicut enim ſententia à non ſuo iudice lata non tenet, ita nec facta confeſſio coram ipſo.* Hactenus Alexand. & habetur cap. 4. de iudi. Quare de omni crimine clerici debent

bent

bent coram eccleſiaſtico iudice conueniri, vt dicit Lutius III. cap. 8. de iudic. numquam autem corā ſeculari, vt Innoc. III. Vercellenſi Epiſcopo reſcripſit c. 17. eod.

## DVBIVM.

*An magiſtratus politicus compelli poßit eccleſiaſticis cenſuris, vt ſuum impartiatur auxilium eccleſiaſtico iudici petenti, abſq; eo quod ſibi fiat fides de proceſſu.*

POLITICVM magiſtratum cenſuris cōpelli poſſe, vt ſuum impartiatur auxilium eccleſiaſtico iudici petēti, certum eſt, & de iure diffinitum cap. 2. de maledic. & tradit cōmunis Canoniſtarum ſchola, Abbas in cap. 2. nu. 2. de offic. ordinar. Iaſ. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. num. 16. de re iudic. & alij, quibus addit Menochius de arbitrar. lib. 2. caſu 452. nu. 4. poſſe magiſtratum politicum puniri arbitrio iudicis eccleſiaſtici, quotieſcumque neglexerit ſuum auxilium illi impartire. Sed hæc ſententia vſu recepta non



nō eſt, vt tradit Aualos in director. iudic. eccleſ. 2. part. cap. 13. num. 32. Praxis enim ſolummodò vſu recepit, vt inobedientes, & contumaces mucrone Eccleſiæ (excōmunicatione ſcilicet) fortiter feriantur, donec mandatis eccleſiaſticis humiliter pareant.

